This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600022982T

# INSCRIPTIONES LATINAE

IN

TERRIS NASSOVIENSIBUS

REPERTAE

ET

AUCTORITATE

SOCIETATIS ANTIQUARIORUM NASSOVIENSIS

EDITAE.

AQUIS MATTIACIS.

MDCCCLV.

PROSTAT APUD GUIL. ROTH.

221. a. 100.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·
DOMINUS ILLUMINATIO MEA

# Praefatio.

Quum diu optaretur ut, quae aut in Nassoviensi ducatu hucusque repertae essent aut in Museo nostro Wisibadensi asservarentur, Latinarum inscriptionum syllogen edi juberemus, rogati Car. Kleinius Moguntiacensis et Jac. Beckerus, tum Hadamaranus, nunc Moeno-Francofurtensis, Viri doctissimi taliumque rerum epigraphicarum peritissimi, societati antiquariorum nostrae adscripti, quos inscriptionum utriusque Germaniae Latinarum corpus instaurandum denuoque condendum moliri probe sciremus, eam provinciam in se receperunt, ut inscriptiones, quas diximus, accuratius quam antea factum esset, descriptas colligerent, ordinarent, lapidumque fide diligenter servata explicarent quaeque ceteri intentata reliquissent aut depravassent atque corrupissent, denuo tentarent, corrigerent, emendarent. Qui quam egregie munere in se recepto perfuncti sint nec nostrum nec huius loci est dicere. Nostrum erat, hoc qualicunque libello ostendere, societatem nostram triginta quattuor annis abhinc

constitutam non solum id suum duxisse, ut lapides antiquos et olim et nuper erutos litteris inscriptos et figuris caelatos comportaret et in Museo includeret, sed etiam ut titulos omnes uno tenore descriptos atque explicatos edendos curaret, quo major eos inspiciendi cupido meliorque talium rerum scientia excitaretur aliisque antiquariorum societatibus exemplum proponeretur aut imitandum aut superandum.

Scripsimus Aquis Mattiacis Kal. Mart. MDCCCLV.

## Conspectus siglorum, quibus libri notantur.

Abb. = Abbildungen von Mainzer Alterthümern. I — V Mainz 1849—52. 4.

Ann. = Annalen des Vereins für Nassauische Alterthumskunde und Geschichtsforschung. I — IV. Wiesbaden 1827—52. 8.

Ap. = Apiani et Amantii inscriptiones sacro-sanct. vetust. Ingolstadt 1534. Fol.

B. = Becker in B. I.; Z. f. A. etc.

Bhd. = Bernhard Antiquitates Wetteraviae. Hanov. 1731. 4.

B. I. = Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande. Bonn 1842 ff. 8.

Cat. = Catalog des Museums der Stadt Mainz. Mainz (1845.) 8.

Dor. = Dorow Opferstätte und Grabhügel der Germanen und Römer am Rhein. 2 Hefte. Wiesbaden 1819—21. 4.

Eb. = Ebhardt Geschichte und Beschreibung der Stadt Wiesbaden. Giessen 1817. 8.

F. = Fuchs alte Geschichte von Mainz. 2 Bände. Mainz 1771. 8.

Flor. = Chassot von Florencourt Beiträge zur Kunde alter Götterverehrung. Trier 1842. 8.

Gerk. = Gerken Reisen. 4 Bände. Stendal 1783 ff. 8.

Gern. = v. Gerning Rheingegenden. Wiesbaden 1819. 8. — Lahn- und Maingegenden. Ebendas. 1821. 8.

Gr. = Gruteri thesaurus inscriptionum ed. Graev. Amstelodam. 1707. Fol.

Grot. = Grotefend in B. I.; Z. f. A. etc.

H. = Habel in Annal.

Hsg. = Huesgen verrätherische Briefe. Frankfurt a. M. 1776. 8.

Hut. = Huttichii collectanea antiquitatum in urbe atque agro Mogunt. 1520; II. edit. 1525. Fol.

Joh. = Johannis scriptor. hist. Mogunt. T. III. Francofurti 1727. Fol.

K. = Klein.

Kn. = Knapp Römische Denkmäler des Odenwaldes. Heidelberg 1813 (II. Aufl. von Scriba. Darmstadt 1854) 8.

Kr. = Kraus in Mémoires de la société des Antiq. de Cassel. Cassel 1780. 4.

L. = Lehne gesammelte Schriften, herausgegeben von Külb. 2 Bde. Mainz 1836 ff. 8.

L. L. = Laurenz Lersch Central-Museum rheinländischer Inschriften. 3 Hefte. Bonn 1839—42. 8.

La. = Lamey in acta acad. Theodor. Palatin. Mannhemii 1766 ss. 4.

Laz. = Lazius reipublicae romanae &c. libri XII. Francof. 1598. Fol.

Ling. = v. Lingen kleine teutsche Schriften. 2 Bde. Wittenberg 1732. 8.

Lr. = Lersner Chronik von Frankfurt. 2 Bde. Frankfurt 1706. Fol.

Mit. = Mittheilungen an die Mitglieder des Vereins für Nassauische Alterthumskunde und Geschichtsforschung. Wiesbaden 1851—1852. 8.

Msc. Idst. = Folium manu exaratum, continens inscriptiones, quae infra N. 4, 9, 38, 47 scriptae sunt. Asservatur in Tabulario publico (Staatsarchiv), quod est in oppidulo Idstein, et sub finem saeculi decimi sexti scriptum videtur (cf. Kl. in Ann. IV p. 320).

N. = Neuhof Nachrichten von den Alterthümern bei Homburg. Homburg 1777. 8.

Or. = Orelli inscriptionum Latinarum collectio. II. Bde. Turici 1828. 8.

Rein. = Reinesii syntagma inscriptionum antiquarum. Lipsiae 1652. Fol.

Rh. A. = Rheinischer Antiquarius. Frankfurt 1778. 8.

Ring = de Ring Max. mémoire sur les établissements romains du Rhin etc. II Tom. Paris 1852. 8.

Rit. = Ritter Denkwürdigkeiten der Stadt Wiesbaden. Mainz 1800. 8.

Sch. = Schaab Geschichte der Stadt Mainz. 2 Bde. Mainz 1841. 8.

Schm. = Schmidt Geschichte des Grossherzogthums Hessen. 2 Bde. Giessen 1818—19. 8.

Schn. = Schenck Geschichtsbeschreibung der Stadt Wiesbaden. Frankfurt 1758. 8.

St. = Steiner codex inscriptionum romanarum Rheni voll. II. Darmstadt 1837 seq. 8.

St. II. = Steiner codex inscriptionum romanarum Danubii et Rheni voll. II. Seligenstadt 1851. 8.

d. W. = de Wal mythologiae septentrionalis monumenta epigraphica latina. Utrecht 1847. 8.

W. = Wagener Handbuch der Alterthümer aus heidnischer Zeit. 2 Bde. Weimar 1842. 8.

Web. = Weber thermarum Wisbadens. descriptio. Oppenheim 1617. 4. (ins Deutsche übers. Frankfurt 1636. 8.)

Wi. = Wiener de legione Rom. vicesima secunda. Darmstadt 1830. 4.

Win. = Winckelmann Beschreibung von Hessen. Bremen 1697. Fol.

Wnk. = Wenck Hessische Landesgeschichte. Frankfurt 1785. 4.

Z. f. A. = Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft.

# INSCRIPTIONES

# DVCATVS NASSOVIENSIS

# LATINAE.

# Heddernheim.

Vicus ad Niddam rivum, sub Tauno monte, duas fere leucas ab Francofurto oppido.

1.

IN · H · D · D
GENIVM PLATEAE NOVI VI
CI CVM EDICVLA ET ARA
T · FL · SANCTINVS · MIL · LEG · XXII
P · ALEXAND · P · F · IMM · COS ET · PER
PETVVS · ET FELIX FRATRES C ·
R · ET TAVNENSES EX ORIGI
NE PATRIS T · FL · MATERNI VE
TERANI COH · III · PRÆT · PIAE
VINDICIS ET AVRELIA AM
MIAS MATER EORVM · C · R · D · D
AGRICOLA ET CLEMENTINO COS

In honorem domus divinae. Genium plateae Novi vici cum aedicula et ara Titi Flavii Sanctinus, miles legionis vicesimae secundae primigeniae Alexandrianae piae fidelis, immunis consulis, et Perpetuus et Felix fratres,

# Heddernheim.

Vicus ad Niddam rivum … na
fere leucas ab Francofurto … egi-

1. … n Cle-

IN · H · D · D
GENIVM PLATEAE NOVI
CI CVM EDICVLA ET A…
T · FL · SANCTINIVS …
P · ALEXAND …
PETTVS · ET FEL…
R · ET TAVNENSES …
NE PATRIS T · FL · …
TERANI COH · III …
VINDICIS ET …
…IAS MATER …
AGRICOLA …

In honorem … platiae Novi vici
vici cum aedicula … solvit lubens lae-
gionis vic… asservatur; supra
fideli… …ula stantis, sinistra … super arulam tenentis. … ulam cum primo versu

1*

cives Romani et Taunenses ex origine patris Titi Flavii Materni, veterani cohortis tertiae praetoriae piae vindicis, et Aurelia Ammias, mater eorum, civis Romana, dono dederunt Agricola et Clementino consulibus.

Ara anno 1768 reperta in Museo (Wisbadensi) asservatur; supra est signum Genii dextra pateram, sinistra cornu copiae gestantis.

Fuchs II, p. 12—24 c. fig.; Neuh. p. 22; Lam. in Act. Palat. III p. 177—183 c. fig.; Schmidt Gesch. v. H. I, p. 26; Gern. Rheingeg. p. 234; Lehne in Rhein. Archiv. I, p. 140; Wilhelm German. p. 44; Or. 181; Wiener 85; Wagener I, p. 301; Lehne 109; Steiner 231; II, 633; Schaab Gesch. v. Mainz I, p. 114; Ring I, p. 313.

2. Novus vicus ad castra Romana inter vicos Heddernheim et Praunheim situs erat; eius etiam in sequente inscriptione mentio fit.

4. Titi Flavii, non Titus Flavius cum editoribus est legendum: tres enim filii et gentile et praenomen patris habent.

4. Legio XXII. primigenia inde ab anno 60 p. Ch. n. per plura saecula in Germania superiore erat et plerumque Mogontiaci stativa habebat. Eiusdem et infra mentio fit in ara N. 68, in cippis 44 et 52, atque in laterculis 78; cognomen Alexandrianae, quo h. l. ornatur, legitur etiam N. 24; cf. Klein: Ueber die Legionen, welche in Obergermanien standen, p. 12 &c.

5. Literarum ALEXAND vestigia quaedam supersunt. Severi Alexandri nomen iussu Maximini in monumentis exculptum est ut infra N. 3, 48, 67, 72 — Errat Grotef. in Krit. Bibl. 1828, p. 46, cum SEV ALEX sese legisse putet.

7. Utrum cives unius oppidi, in primis castelli in Tauno vel Artauni (Tac. ann. I, 56; Ptol. II, 11), an plurium municipiorum ad Taunum montem sitorum Taunenses sint nominati, non consentiunt interpretes, vid. Zeitsch. d. Mainz. Alt. Ver. I, p. 214. Eorum mentio fit in octo vel septem inscriptionibus infra N. 2, 21 et 30; ceterae ad finem adiciuntur.

8. T. Flavius Maternus Taunensis uxorem duxerat Aureliam Ammiam, civem Romanam, unde filii eorum cives Taunenses et Romani fiebant.

9. Cohors III praetoria in Germania non occurrit; erant decem cohortes praetoriae, quae omnes cognomina piae vindicis habuisse videntur. Miles cohortis I pr. legitur in lapide Mogontiaci, Lehne 273.

12. Calpurnium Agricolam et Sextum Catium Clementinum consules habuit annus p. Chr. n. 230.

2.

IN·H·D·D·

GENIO PLATIAE
NOVI VICI AEMI
LIVS BARICIO
TVDIVM SOL·LEM·

In honorem domus divinae. Genio platiae Novi vici Aemilius Baricio Taunensis votum (?) solvit lubens laetus merito.

Ara a. 1770 reperta in Museo asservatur; supra versum 1 est signum Genii in aedicula stantis, sinistra cornu copiae gestantis, dextram super arulam tenentis. Zimmerm. putasse videtur, aediculam cum primo versu

ad inscriptionem inferiorem non pertinere, qua in re fortasse non erravit.

Fuchs II, p. 24 c. fig. 1. Neuh. p. 23; Lam. in Act. Palat. III, p. 175 c. fig.; Gercken Reisen IV, p. 207; Schmidt I, p. 25; Gern. Lahngeg. p. 236; Zimm. p. 152 et 155; Lehne 108; Schaab p. 154; Steiner 233; II, 634; Wagener I, p. 302.

2. Platiae pro plateae, ut infra N. 4 Geneo pro Genio permutatione litterarum E et I satis nota.

3. De Novo vico vide ad N. 1 v. 2.

5. TVDIVM. Ita aperte lapis, quod monstrum editores vexavit; plerique patriam Baricionis significari eo vocabulo putabant: Lehne ap. Gern. l. c. Tudinium provinciae Belgicae oppidum, Zimmerm. Tuderium ad Amisiam (prope Meppen) situm intelligit, quae interpretatio propter accusativum vocis ferri non potest. Postea Lehne verum vidit, ita ut T ut saepius, Taunensis, VDIVM lapicidae errore pro VOTVM, quod iam Fuchs suspicatus erat, sit insculptum. De civibus Taun. vide ad N 1.

3.

IN·H·D·D
PLA·PRÆTOR
ARAM·QVI
TGENIVM
SATONIVS
GRATVS·D·D
IMP·ALEX AVG
III ET DIONE CoS·

In honorem domus divinae. Plateae praetoriae aram quintanam et Genium Sattonius Gratus dono dedit imperatore Alexandro Augusto tertium et Dione consulibus.

**Ara 1822 reperta et in Museo asservata.**

Dorow in Kunstblatt. 1823, n. 45; Habel in Annal. I, 1, p. 74 c. fig.; Zimm. p. 152; Grotef. in Seebod. Ann. 1828, n. 46; Lehne 110; Wagener I, p. 301; Schaab I, p. 155; Steiner 239; II, 635; Zell 327; Ring I, p. 316.

3. Ara quintana est ara in via quintana castrorum posita, cf. Gruter. 129, 5. Dor. interpretatur Aramque et Genium, de quo vid. Hab. l. c.

5. De Sattonii nomine vid. Abbild. v. Mainz. Alterth. I, p. 6; Publicat. d. l. soc. d. Luxemb. VI, p. 50 etc. Dor. legit: Sextus Attonius; sed punctum deest. Ring conjungit litteras NI.

6. Ring: Gratus posuit decreto decurionum, nescio unde verbum inserens.

7. ALEX erasum est, ut N. 1, quod vide, sed vestigia satis certa eius nominis supersunt, unde mireris Dor. legisse: Aurelio.

8. Anno p. Chr. n. 229 Severus Alexander tertium et Cassius Dio consules erant.

4.

IN·H·D·D
GENEO·SANC
TO·MAVREL·CL
POMPEIANVS
MIL·LEG·VIII
ANTONIANAE
AVG·BF·COS·E
IANVAR·IMP
D·N·ANTONINO·IIII
ET·BALBINO·II·COS

In honorem domus divinae. Geneo sancto Marcus Aurelius, Claudia, Pompeianus, miles legionis octavae Antoninianae augustae, beneficiarius consulis, tertio idus Januarias imperatore domino nostro Antonino quartum et Balbino iterum consulibus.

Lapis, qui hodie non extat, a. 1520 erat Praunhem, vico Heddernhemo vicino, vid. Klein in Ann. Nass. IV, p. 319.

Huttich. XXXIII; Ap. p. 481; Laz. p. 552; Grut. 108, I et 1075, 10; Winckelm. Gesch. v. H. p. 131; Lersner Chronik v. F. I, p. 2; Schenk Denkw. p. 98: Fuchs II, p. 5; Kraus Mém. p. 322; Or. 1709; Schm. I, p. 25; Lehne 107; Ebhardt p. 208; Steiner Maingeb. p. 149; St. 247; II, 639; Klein l. c.; legitur in Msc. Idstein.

Huttichius editor inscriptionis princeps miram arae formam exhibet neque in litteris conscribendis sibi constat, in altera editione plures versus aliter componens, ita ut inscriptio uno versu contractior fiat; ceteri editores alius alio modo scribunt, vid. Klein. l. c. Dedimus inscriptionem partim secundum Msc. Idst. partim secundum Mauclerquii *αὐτόπτου* ap. Gruter. 1075, 10 delineationem.

2. GENEO Msc. Idst. et Or., quae lectio, quum magis sit insolita, fingi potuisse non videtur. GENIO est ap. Mauclerquium; de permutatione litterarum E et I vid. ad N. 2 v. 2.

5. Legio VIII augusta circa ab anno 70 p. Ch. per plura saecula in Germania superiore tetendit; militem hujus legionis invenies N. 50, centurionem 71, laterculos N. 75; cognomen Antoninianae habes quoque St. II, 9; cf. Kl. Ueber die Legionen in Obergerm. p. 19.

6. ANONNANÆ est ap. Mauclerquium, ANONNANAE Msc. Idst.

7. Ꝥ in Msc. Idst. triplici ligatura comprenduntur litterae T. I. D: dies est 11 mensis Januarii; Ap. Schenk Ebhard. et Or. habent T D, ceteri I·D, id est idibus Januariis (13. Jan.)

9. ANONNO est ap. Mauclerquium; ANONO in Msc. Idst., apud Eb. et Or. legitur. Marcus Aurelius Antoninus Caracalla imperator quartum Publius Caecilius Balbinus iterum consules erant a. p. Chr. n. 213.

5.

| 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|
| OLLEC | E SVO | II |
| TIGN | T | GEN |
| IALIVS | | |
| ATVS | | |

Haec tria fragmenta arae a. 1822 reperta hodieque in Museo asservata sine dubio hunc in modum concinnanda sunt:

OLLEG
II · TIGN
GENIALIVS
ATVS
E SVO
T ·

(Genio) collegii (fabrum?) tignariorum Genialius Optatus (?) de suo (posuit).

Lehne 113; St. 227; II, 646; Ring I, p. 311.

1. Ante COLLEG St. scribit. NIO, Ring GENIO.

2. II omittunt editores.

3. TALIVS i. e. Vitalius habent editores praeter Ring, qui hunc versum et sequentes non citat.

4. PTATVS Steiner.

5. 6. omittunt omnes.

6.

I. O. M.
CIVLIVS
Ɱ IVIVS
V

Jovi Optimo Maximo Gaius Julius Menenius (?) votum (solvit lubens merito.)

Ara a. 1853 reperta et in Museo asservata.

3. Hi versus satis certam lectionem non praebent.

7.

1. 2.

I · O · N
E1... NON
F

3.
G
EC
PT

4.
\T ı \
ꞀIꟿ

5.
IOı
ADRA
ORIꟼ

Fragmenta a. 1853 reperta hodieque in Museo asservata ad aram Jovi optimo maximo et Junoni reginae dicatam pertinere videntur.

N. 5. est arae finis, ut iam lapidis margo indicat; litterarum, quae in ultimo huius fragmenti versu leguntur, vestigia eadem infra N. 29 v. 3 invenies.

8.

I · O · M
G·VICTO
RIVS·IA
NVARIV
SEXVOTO
INSVOPO

Jovi optimo maximo Gaius Victorius Januarius ex voto in suo posuit.

Ara a. 1851 reperta et in Museo asservata.

Frankfurt. Conversat. Blatt 1851 n. 61; Kl in Bonn. I. XVII. p. 193; Mitth. 1852, p. 48; St. II, 1691.

9.

I·O·M·I·R·
AEL· CRE
SIMVS· SE
DA· TI· A· B
A· SS· I· NA
V· S· L· L· M·

Jovi optimo maximo Junoni reginae Aelius Cresimus (et) Sedatia Bassina votum solverunt lubentes laeti merito.

Ara cr. a. 1600 Praunhemi fuisse traditur, sed sine dubio Heddernhemo vindicanda est. Schenk l. c. p. 102 urbi Wisbaden assignat, de quo vid. K. in Ann. Nass. IV, 2. p. 341. Hodie non extat.

Gr. 1062 et 1063, 4; Ling. II, p. 170 sq.; Bhd. p. 65; Sch. p. 102; F. II, p. I; Or. 1277; Eb. p. 209; L. 22; St. 244; II, 638; Kl. l. c. p. 340 sq.; legitur in Ms. Idstein.

2. AEL. Ita lapis secundum Mauclerquium αὐτόπτην; Fuchs conicit AEM, quem L. et St. secuti sunt.

4. B · ASS · I · NA Fuchs interpretatur Billa i. e. filia ex Assina, Peloponnesi urbe. Ceterum MS. Idst. rectius, ut videtur, praebet BASINA; ita et Ebhardt.

10.

I · O · M·
E · IVNO
NI · REGI
NÆ · CIN
GEI · POS

Jovi optimo maximo et Junoni reginae Cingetius posuit.

Ara 1827 reperta et in Museo asservata.

L. 26; St. 228; II, 645; eadem esse videtur, quam Zimm. p. 154, omisso vocabulo Cingetius citat et anno 1825 repertam esse dicit.

4. Nominis ignoti causa tertio saeculo lapidem assignat Lehne.

11.

IOVIOLBIO
SELEVCVS
HERMOCRA
TVSQVIETDIO
GENES DD

Jovi Olbio Seleucus Hermocratus (sc. filius) qui et Diogenes dono dedit.

Ara asservatur ap. v. c. Roemer-Büchner Francofurti ad Moenum; supra inscriptionem fulminum fasces videntur.

B. in Frankf. Archiv VI, p. 12 et in Heidelb. Jahrb. 1854 n. 31, p. 490.

1. IOVIOLBIO. Juppiter Olbius, qui nullo alio

lapide traditur, nomen traxit ab Ὄλβα Ciliciae oppido, de q. vid. Steph. Byz. s. h. v., ubi templum Jovis erat celeberrimum, cuius sacerdotes regum loco late imperitabant numisque memoriae produntur, vid. Strab. XIV, p. 672; Eckhel. D. N. P. I. vol. III, p. 2699. Ceterum Olbium libertum habes ap. Grut. 1070, I.

3. SELEVCVS HERMOCRATVS i. e. Ἑρμοκράτους sc. υἱὸς, Hermocratis filius.

4. Q V I E T. Seleucus Diogenis etiam nomine vocabatur more haud raro in lapidibus obvio, de q. vid. Zell. II. p. 128.

12.

IOVI · DOLICENO
C IVL · MARINVS
)BRITTONVM
CVRVEDENS
D D

Jovi Doliceno Gaius Julius Marinus centurio Brittonum Curvedensium dono dedit.

Manus dextra aerea a. 1831 reperta et in domo v. d. Roemer-Büchner Francofurti asservata.

St. II, 1693; Roem. in Ann. IV, p. 351; B. in Frankf. Arch. VI, p. 8. Seidl in Sitzungsber. d. Wien. Acad. XII, p. 48.

1. Juppiter Dolichenus (Dolicenus, Dulchenus, Dulcenus, Dolochenus, de quo vid. Braunii Bonnensis commentationem »Jupiter Dolichenus« a. 1852 Bonnae editam) ab Commagenorum oppido Dolichene (h. Doluc) cognominatus, multis lapidibus celebratur; vid. Or. 945, 1232, 2493; Z. f. Alt. Wiss. 1837 p. 53; Marini Atti II, p. 538; Ling. II, p. 120 sqq.; Roem. l. c.

Seidl l. c. B. in Heidelb. Jahrb. l. c. p. 387—96. Jahn in Münch. Gel. Anz. 1854, n. 78.

7. Gaius Julius Marinus a rationibus armaturae legionis XIIII G. M. V. est in cippo prope Mogontiacum reperto (Lehne 179), quem eundem cum nostro habet Roem. l. c. Ceterum haud scio an forte sit factum, ut in aliis quoque duobus lapidibus Dolicheni, Remagensi et Carnuntensi ap. Braun l. c. p. 4 et 5 legantur Marini duo eius dei sacerdotes. cf. B. in Heidelb. Jahrb. l. c. p. 496.

3. 4. Brittonum et cohortes et alae in multis lapidibus per Germaniam Pannoniam Noricum repertis leguntur: vid. v. Hefner d. roem. Denkmael. Oberbay. Münch. 1844. p. 45; Scriba in Darmst. Archiv. VI, p. 155; Arneth Militaerdipl. p. 10. 39; Ankershofen, Gesch. v. Kaernthen p. 516; B. in Bonn I. XVI, p. 108. — Brittones Curvedenses, qui nostro tantum lapide noti sunt, numerum, quem vocabant Romani, effecisse videntur ut numerus Brittonum Triputiensium, numerus Brittonum et Exploratorum Nemaningensium, numerus Brittonum Caledoniorum, qui numeri omnes sub centurionibus erant, vid. L. 92 et 101; St. I, 161; v. Hefner Roem. Bay. ed. III, p. 30. 72. 90; Lersch in Bonn I, IX, p. 69. Seidl l. c. p. 49 cohortem Carvetionum ap. Horsley Brit. Rom. p. 273 comparat.

13.

DEO · DOL
ATILIVS
TERTIVS
EX · COH
II · AVG Q
V · SLLMF

Deo Doliceno Atilius Tertius ex cohorte secunda augusta quaestionarius (?) votum solvens lubens laetus merito fecit.

Ara 1840 reperta et in domo v. d. Roem. Francofurti asservata.

Roem. in Ann. IV, 2. p. 350; B. in Frankf. Archiv. VI, p. 8. Seidl l. c. p. 73.

4. Cohortes rarissime habent cognomen augustae; quorundam populorum cohortes eo cognomine quidem ornatae sunt ut cohortes Thracum, quorum I, II et III ita nominantur (Arneth. Militaerdipl. p. 14; Gr. 534, 2); cohors I. aug. Ituraeorum (Lehne 231); coh. I. aug. Nerviorum (Arn. l. c. p. 62); sed cognominis aug. tam nude ad numerum appositi vix alibi invenies exemplum nisi Gr. 493, 8, ubi trib. cho. IIII. aug. legitur; idem dicendum est de alis. Id cognomen ob virtutem datum videtur cf. Henzen in Bonn. I. XIII, p. 35.

5. Quaestionarius est miles, cuius munus quaestiones erant, Or. 3502; plerumque A quaestionibus nominantur ut Or. 3462, 3503.

14.

.... DOL<br>
. VDENTIVS<br>
HISPANVS<br>
L L M

(Jovi s. deo) Doliceno Pudentius Hispanus votum solvit lubens laetus merito.

Fragmentum arae a. 1843 repertae et in Museo asservatae.

K. in Ann. IV, 2. p. 304; B. in Frankf. Archiv. VI, p. 10. et in Heidelberg. Jahrb. l. c. p. 493.

3. Litterae VS vocis HISPANVS ad solemnem quoque formulam votivam VSLLM pertinent, ut saepius vid. St. II, p, 406. c.

15.

DEO
CASIO
OVINIVS
V·S·L·M·

Deo Casio Ovinius votum solvit lubens merito.

Ara a. 1828 reperta non restat.

Lehne 16; Kn. in Hess. Archiv II, p. 540; St. 229; II, 1692 Rmg. I, p. 314.

1. 2. Deus Casius, ut supra deus Dolicenus, est sine dubio intelligendus Juppiter Casius Or. 1224, a Casio monte Asiae cognominatus; de Gallorum diis Cassibus non est cogitandum.

4. Stein. N. S. L. L. M.

16.

IN·H·D·D
MERCVRo
IVL·SECVN
DINA·EX
VOTO
POSVIT

In honorem domus divinae. Mercurio Julia Secundina ex voto posuit.

Ara a. 1843 reperta et in Museo asservata.

L. L. Bonn. I. VIII, p. 163; St. II, 641.

17.

I · HO · NO · REM · D D
MER · CV · RI · O · NE · G
O · TI · A · TO · RI · ♤

In honorem domus divinae. Mercurio negotiatori.

Ara an. 1843 reperta et in Museo asservata, in qua supra fragmentum Mercurii arieti insidentis est.

Didascal. 1843 n. 345; K. in Bonn. I. XVII, p. 193, et in Ann. IV, 2, p. 296.

1. De syllabis omnibus punctis distinctis vid. K. in Annal. l. c. p. 298 sqq.

2. 3. Idem Mercurii cognomen est in lapide ap. Or. 1410. Hucusque edebatur: NEGOTIATORIO, sed in fine est folium licet non accurate expressum.

18.

MERCVRO
CISSONIO
ARAM
VT EV
.. ICTO
......

Mercurio Cissonio aram ..... Victor ....

Ara inferiore parte mutila a. 1841 reperta et in Museo asservata est: in lateribus eius vasa sacra insculpta sunt.

L. L. in Bonn. I. p. 80; Stein. II, 640; de Wal. Myth. LXXXIX; K. in Ann. IV, 2, p. 300; Ring. I p. 338 (hic lapidem in fontibus Mattiacis repertum esse putat).

1. Cesonius s. Cissonius (vid. Z. f. A. 1852 p. 488 et 491) celticum Mercurii cognomen incertae signi-

ficationis est: plures eius numinis lapides affert K. l. c.

4. Haec verborum vestigia enucleari posse non videntur: fuisse videtur aut VTEV aut EVI, vid. Ann. l. c. p. 301 not.

19.

HERCVLI · IN
VICTO · SACR
VMC ¯ERN
TIVS · BASSV
)LEG VI VICI
ET VEXILLAR
LEG · EIVSDEM

Herculi invicto sacrum Gaius Terentius Bassus, centurio legionis sextae victricis, et vexillarii legionis eiusdem .....

Ara a. 1826 reperta in Museo asservata necdum edita est *).

---

*) L. L. III, 142 habet lapidem cum nostro fere verbo tenus conspirantem quem libet communicare:

HERCVLI IN
VICTO · SAC
RVMC · TER
ENTIVS BASS
VS > LEG VI VI
CTRICIS ET VE
XILATIO LE · EI

a. 1825 in vico Brohl repertum esse et in villa viri c. Fuss asservari notat idem; sed St. II, 977 hunc cum nostro confundit, ratus illum externum in Museum Wisbad. esse

5. Legio sexta victrix Vespasiano imperante in Germaniam inferiorem venit, vid Tac. h. III, 44; Grotef. in L. L. III, 80; Kl. Ueber d. Legionen in Obergerm. p. 22. n. 76. — Eiusdem legionis sextae vexillarii cum aliarum legionum vexillariis eidem Herculi deo aram dicant Neomagi asservatam, vid. Bonn. Jahrb. VII p. 44.

20.

D·D·
ERO
RI
VNDI
CVLA
MON
DEI
L P.

(In honorem) domus divinae. (Lib) ero (pat) ri Secundinius Saecularis (?) (ex) monitu dei lubens posuit.

Fragmentum arae a. 1829 repertae et in Museo asservatae.

Lehne 85; Stein. 238; II, 643.

4. 5. Ita editores interpretantur.

21.

IHDD
D·I·M
MVRVS
VICTOR
ÆDILS
C·T·EX·V·

---

translatum, quod factum non est, cf. Fiedler in Neue Mittheil. des thür. sächs. Alterth.-Ver. I, 3 p. 15.

In honorem domus divinae. Deo invicto Mithrae Murius Victor aedilis civium Taunensium ex voto.

In arae latere hae supersunt litterae:

Q
L
— I
CoS

Ara a. 1829 reperta et in Museo asservata.

Ann. I tab. VII c. fig. 6; L. 68; Stein. 236; II, 648; Ring I p. 311.

3. Stein. Marcus Victor; Ring: Martius.

4. Ita editores; de civi Taunensi v. ad N. 1.

22.

D·I·M
M·TER
SENE
CIO
PSP

Deo invicto Mithrae Marcus Tertius Senecio pecunia sua posuit.

Ara a. 1826 reperta et in Museo asservata cum foramine, in quo adhuc est catillus s. turibulum.

Habel I, 3 p. 181. tab. V, fig. A; Zimmerm. p. 161; Lehne 67; Stein. 235; II, 647.

23.

D · I · M ·
A . . I . . O.

Deo invicto Mithrae . . . . . .

Ara a. 1826 reperta et in Museo asservata.

Stein. II, 654.

2. A an M. sit, dubitari potest.

24.

I · M
IVI IVNENA
IN V
. . . . . . .
. . . . . .

(Deo) invicto Mithrae Junius Junenalis (?) . . .
Ara a. 1826 reperta et in Museo asservata.

Hab. I, 3 p. 181. tab. V fig. 2; Stein. II, 655.

1. 2. Ita delineavit Hab.; Stein. interpretatur: Iuvenalis, cetera omittens; hodie ne illae quidem litterae satis apparent.

25.

D · IN · C
LOLLIVS
CRISPVS
)COHXXXII
VOL

Deo invicto Comiti Lollius Crispus centurio cohortis tricesimae secundae Voluntariorum.

Ara a. 1826 reperta et in Museo asservata.

Hab. I, 3 p. 181. tab. V fig. 4 et II, 3 p. 169; Külb ad Lehne I, p. 237; Stein. 237; II, 649.

1. Ita editores interpretantur. C esse potest Gaius.

4. Cohortes Voluntariorum constabant ex civibus Romanis, qui plerique perfuncti iam militia ultro nomina dabant, cf. Liv. XXVII, 47; Henzen. Bonn. Jahrb, XIII p. 43. Quo tempore cohors XXXII in Germania fuerit, incertum est, cf. Ann. IV p. 344; eius mentio fit et infra N. 38 et 39. In Decumatibus agris aliae quoque

Voluntariorum cohortes occurrunt, ut coh. IIII, coh. XXIIII, coh. XXVI, cf. St. II, 719; Rappenegger Bad. Inschr. 10 et 60; Staelin Wirt. Gesch. p. 43 et 57.

26.

FORTVNAE
CL
PRIMI
LLA
VSLLM

Fortunae Claudia Primilla votum solvit lubens laeta merito.

Ara c. a. 1600 reperta hodie in domo v. cl. de Breidbach Heddernhemi extat.

Grut. 1013, 7; Winkelm. p. 131; Lersner II p. 61; Fuchs II p. 63 et 265; Gerk. IV p. 304; Gerning Maingeg. p. 235; Lehne 97; Wagen. I p. 302; Stein. 230; II, 644; Kl. in Ann. IV p. 331 sq.

27.

FORTVN
SACRVM
TACILVSEQ
ALAEIFLAV
IAEMILLI
LLM

Fortunae sacrum Tacilus eques alae primae Flaviae milliariae (votum solvit) lubens laetus merito.

Ara a. 1826 reperta et in Museo asservata; in aversa parte est vir leonem humeris gestans.

Hab. I, 2 p. 182. Tab. V, fig. 3; Stein. II, 652; B. Frankf. Arch. VI p. 20.

3. TACITVS habet Stein.; ceteros versus editores omittunt ut inextricabiles.

5. Alae Flaviae nomen ab imperatore Flaviae gentis habent, cf. B. in Ann. IV p. 360. Quo tempore ala I Flavia milliaria in Germania fuerit, nescimus; eius et infra N. 60 mentio fit.

28.

H · D · D ·
A E F O R
A F L I O
) R V S

Arae c. a. 1600 erutae fragmentum, quod hodie in domo v. c. de Breidbach Heddernhemi extat; lapidis inscriptio haec fuisse videtur:

IN · H · D · D
DEAEFORΓ
AEIAFIIO
DORVS
IAIA · MAVRA
EX · V · P · L · L ·
M

In honorem domus divinae. Deae Fortunae Aemilius Aeliodorus (praefectus ?) primae alae Maurorum (?) ex voto posuit lubens laetus merito.

Grut. 1013, 8 et 1072, 2; Win. p. 131; Lr. l. c.; Ling. II p. 77; F. II p. 61 c. fig.; Hab. in Ann. I, 1 p. 1 c. fig.; L. 91; St. 232; II, 636; Kl. in Ann. IV p. 333 sqq.

Mire vexabat haec inscriptio interpretes; Habel l. c. veteribus fidem abrogans in fragmento varia supplet, ita ut legat: In honorem domus divinae. Plateae fori

aram Afliodorus .... ceteris omissis. Nos secuti sumus Gruterum, cui bis Mauclerquius delineavit, et Fuchsium αὐτόπτην, qui plerumque ei consentit, cf. quod fusius dictum est in Ann. IV, l. c. Nota figuram litterae L fere cum I congruere, unde ista dubia partim sunt exorta.

3. Aemilius vel Aelius; Lehne legens AE · M explicat Marcus, AE ad praecedentem vocem referens; Lingen: Heliodorus.

5. Initio supple notam equitis vel praefecti; ala Maurorum alibi non occurrit; cohors Maurorum est ap. Or. 529. Ling. conjicit ARAM MARMoream.

6. Gr. priore loco: F · X · V · P · I · R, unde Ling. EX · V · P · I · L ·

29.

IAE<br>
T TI<br>
TORIN<br>
COC \VDE<br>
SV IO<br>
\· VıII D E<br>
ΛPI T<br>
GOP DI<br>
AVG ET P<br>
COS

...................... imperatore (domino nostro) Gordiano Augusto et Pompeiano consulibus.

Lapis multis partibus mutilus a. 1853 repertus et in Museo asservatus; nondum est editus.

1. ...IAE. Haec litterarum vestigia Fortunae fortasse aram indicant, ut est in lapidibus superioribus.

3. TORIN. Eiusdem vocabuli vestigia esse videntur, quae leguntur supra N. 7, 5 v. 3.

7. 8. 9. Hi versus ex Or. 22 coll. 2331 supplendi sunt: IMPERAT . D . N || GORDIANO || AVG · II POMPEIANO || COS. quorum consulatus est a. p. Ch. n. 241.

30.

K§RVS§
TAVNENS
MONI·TV
D§P·L·L·M

Karus Taunensis monitu dei posuit lubens laetus merito.

Ara a. 1844 reperta atque in Museo asservata necdum edita est.

1. Littera K esse videtur pro Ka, ut Romani interdum Kput, Klumnia pro Kaput (caput) Kalumnia (calumnia) scribebant, vid. Schneider Lat. Gram. I p. 290.

2. De Taunensi vide ad N. 1.

31.

......
·OSVII
NANTC
OM·CO

.... posui in nomine Antonini Commodi consulis.

Fragmentum arae a. 1850 repertum in Museo Mogon-

tiacensi asservatur neque editum est. Initio desunt plura; versus lineolis distinguuntur, ut in seq.

1. sqq. Num verum viderim, ipse dubito, neque melius proferre possim; an est in v. 1 : consul septimum?

2. C littera in fine satis certo legi non potest.

32.

M

I ΛVIL

DOM

ΛOST

I

Ara a. 1822 reperta et in Museo asservata; scriptura tota fere evanuit; versus lineolis distingui videntur, ut in lapide praecedente.

Hab. I, 3 tab. VI fig. 4; Stein. II, 653.

33.

AVIE

DOM

ICOM

Arae fragmentum superiori simile repertum et asservatum ut praecedens.

Hab. p. 181. tab. V fig. 5; Stein. II, 650.

34.

AC

Hae duae litterae leguntur in aversa parte arae, quae a. 1826 reperta in Museo asservatur.

Hab. p. 181. tab. V fig. 6; St. II, 651.

35.

IN H

AD

Hae litterae leguntur in fragmento arae, a. 1826 reperto et in Museo asservato.

36.

E R

Hae duae litterae iuxta capitis arae foramen ad catinum inferendum aptum insculptae sunt. Reperta est eodem anno et in Museo asservata.

Ann. I, 2 tab. VI fig. I et II, 1 p. 43.

37.

I T

Hae duae litterae ab utroque latere foraminis in arae capite insculptae leguntur, quae a. 1826 reperta in Museo asservatur.

Ann. I, 2 tab. VI fig. I a et II, 1 p. 43.

I an L scriptum sit, incertum est.

38.

DIS MN
QFAVONO
VAROFIL
QFAVON
VVARVS
CoHXXXII
V;PATER
MTD

Diis Manibus Quinto Favonio Varo filio Quintus Favonius Varus (miles ?) cohortis tricesimae secundae Voluntariorum pater.......

Lapis c. a. 1600 repertus et in Museo Hessen-

Casselano asservatus: apographum, quod misit v. d. Landau Casselanus, expressimus.

Gr. 1094, I; Winkelm. p. 130; Lr. p. 2; Bernhd. p. 66; Schenk p. 94; F. II p. 134; St. Maingeb. p. 148; L. 285; Eb. p. 208; Appel Hdcatal. d. Samml. d. Kassel. Mus. p. 25 n. 75 (inscriptio ibi addita non est); St. 243; II, 637; Kl. in Ann. IV p. 342; Ring I p. 313; legitur etiam in Ms. Idstein.

4. Militis signum ab nonnullis adpictum omitti posse, testes sunt lapides satis certae lectionis, cf. infra N. seq.; Z. f. A. 1852 p. 485 seq. et fortasse Wiltheim Lucilib. p. 145.

6. De cohorte XXXII Voluntariorum vid. ad N. 25.

8. Ultimi versus, qui in MS. Idsteiniano non legitur, sigla tam incertae sunt lectionis, ut certa sententia extricari posse non videatur.

39.

D. M.
PILADELPVS
PILANDRICA
PADO · XXVIII
DON · XXXII · VOS
IANVARIVS
ANTESTVXX

Diis Manibus. Piladelpus Pilandri (filius) Cappadox (annorum) viginti octo (militis ?) cohortis tricesimae secundae Voluntariorum; Januarius Antestius (faciendum curavit).

Cippus a. 1770 repertus hodie non extat.

F. II p. 167; L. 286; St. 234; II, 642; Ring I p. 313.

1 sqq. Haec est lectio editionis principis, unde L.

sagaciter sensum extricavit; eius emendationes Stein. edit. altera recepit: PADO · A · XXVIII.

COH. XXXII · VOL.

Varia infeliciter tentavit Fuchs. quem Stein. in priore editione secutus est.

5. De coh. XXXII Voluntariorum vide ad N. 25.

7. VXX. Quid haec sigla significent, incertum est. Lehn. et Stein. iis omissis ponunt F, Ring F.C.; L. et Ring TE litteras coniungunt nescio quo auctore.

40, a.

AN
STIE IIII
S · E · FRATER
F C

... annorum .... stipendiorum quattuor (hic) situs est; frater faciundum curavit.

Cippi fragmentum incertum quo tempore (ante a. 1830, ut videtur) repertum et in Museo asservatum.

St. II, 685.

40, b.

M HONORATI
VS TDETIVS

Marcus Honoratius Tertius.

In basi statuae lapideae, cuius pedes tantum restant; ea a. 1854 reperta in Museo Mogontiacensi asservatur.

Period. Blätt. 1854 p. 42.

## Nida. (Nied.)

---

Vicus inter Hoechst et Francofurtum oppida ad Nidam fluvium situs: unicus est Nassoviae vicus, cuius nomen, quod nunc est, in latinis inscriptionibus legitur; v. infra 125 et L. 15.

41, a.

FORTVNE
LCoRNEL
ARATOR
)LEGXIIII
G · M · V ·
V · S · L · M ·

Fortunae Lucius Cornelius Arator centurio legionis quartae decimae geminae Martiae victricis votum solvit lubens merito.

Ara, cuius lateribus vasa sacra insculpta sunt, a. 1828 reperta in Museo asservatur; vid. Ann. I, 2 p. 296.

L. 93; Sch. I p. 63; St. 224; II, 665; Ring I p. 308.

1. Lehne ultimam litteram omittit.

2. Stein. omittit praenomen: idem II edit. legit Caius; Lehne et Ring litteras EL conjungunt.

4. Legio XIIII gemina Martia victrix inde ab a. 70 usque ad finem primi saeculi Mogontiaci erat; iam prius Augusto imperante usque ad Claudii tempora ibi tetendit, sed tunc modo cognomen geminae habuit: ex hoc tempore cippum invenies N. 51, laterculos utriusque temporis N. 76; cf. Kl. über die Leg. in Obergerm. p. 4.

41, b.

M
D
V
P S
D SVO P
L· L M
IVLIANO ET
CRISPIN

(Jovi optimo) maximo ..... in suo posuit lubens laetus merito Juliano et Crispino (consulibus).

Fragmentum arae ecclesiae vici quondam infixum hodie in Museo asservatur.

L. 9; St. 225; II, 664.

1. sqq. Ita editores; nunc v. 1—3 non restant et in v. 5 litterae mediae evanuerunt; versui 1 Stein. inserit I. O.

4. 5. Claudius Iulianus et Gaius Claudius Crispinus consulatu a. p. Chr. n. 224 functi sunt; desideratur in extremo lapide siglum COS., quod St. addit.

42.

C R V F I

Gai Rufi.

Haec leguntur in lapide molari incertum quo anno reperto, qui hodie in Museo asservatur.

# Liederbach.

Vicus prope oppidulum Hoechst situs.

43.

I · O · M.
ꟻ IVNONRE ·
C IVN SECVI
-DICC H ITIV

Jovi optimo maximo et Junoni reginae Gaius Junius. Secundinus......

Ara a. 1690 aedibus vici infixa a. 1825 in Museum delata est. In sinistro latere Mercurius, in dextro Minerva videntur.

Win. p. 144 sq.; Zimmerm. p. 154; St. 221; II, 667.

1. Hic versus solus legitur ap. Zimm.

3. 4. Win. legit GIVNLEG V
DV S
D . FEC . T . . ILV

et interpretatur: Junius legionis V dux fecit tumulum.

4. St. in edit. I suspicatur: decurio civitatis Taunensium, quam coniecturam ipse in edit. altera nimis audacem nominat.

# Floersheim.

Vicus ad Moeni ripam situs.

44.

CN · CVRIONISA
BINO · LEG · XXII
MIL · P · METEL
LVS · CALVINVS
CONTVBERNA
LI · DVLCISS · PO

Cneio Curioni Sabino, legionis vicesimae secundae militi, Publius Metellus Calvinus contubernali dulcissimo posuit.

Lapis, qui a. 1520 in vico extabat, hodie desideratur. Insculptus erat miles capite nudo, cum clipeo et gladio stricto impetum faciens: in edit. princ. et ap. Joh. dextra clipeum, sinistra gladium tenet. Apianus et Fuchs figuram convertentes dextrae gladium, sinistrae clipeum accommodant.

Hut. XXXIV; Ap. p. 481; Laz. p. 415 in quinque versibus at p. 576 in duobus versibus distrib.; Gr. 539, 6. (qui septem versibus titulum exhibet); Joh. XXXII; F. I p. 168 c. fig.; L. 219; W. 83; St. 220; II, 668; K. in Ann. IV p. 326.

2. Edit. princ: LEG · XVII, quod mendum Gudius ap. Gr., quem ceteri secuti sunt, correxit. De legione XXII vid. N. 1.

3. MIL raro legionis nomini postponitur.

4. P. Metellus Calvinus ex L. opinione filius P. Metelli Calvini erat, qui est in cippo Zahlbacensi ap. ips. 220. Fuchs, quum nec patris nec tribus nec patriae nomen addatur, posteriori aevo lapidem assignat, St. saeculo p. Chr. n. secundo.

6. Ap. syllabam LI versui quinto adpingit.

---

## Bierstadt.

Vicus prope Fontes Mattiacos situs.

45.

O · M
)NONIREG
VGENVSM
ΛVS PRO S/.
RIMITVEC
ORV

(Jovi) optimo maximo (et) Junoni reginae Eugenius Martius (?) pro salute Primitivae coniugis et suorum..

Inscriptio arae nondum publici iuris facta incertum quo anno repertae et in Museo asservatae.

46.

DEO MERCVRIO
NVNDINATORI

Deo Mercurio Nundinatori.

Ara c. a. 1617 in vicino agro posita hodie in Museo asservatur.

Insculpti sunt deus et dea, caduceum uterque sinistra gestans: deus est Mercurius; deam L. Nundinam, Flor. Rosmertam esse putat.

Web. p. 6; Rein. p. 118; Win. p. 74; Bhd. p. 70; Schn. p. 109; La. in Act. Palat. I p. 205; Rh. A. p. 633; Schm. II p. 360 (qui lapidem vico Buerstadt prope Wormatiam sito assignat, quem errorem adoptavit Pauli Gesch. d. Stadt Worms p. 43); Gern. Rheingeg. p. 5; Dor. II p. 7; L. in Ann. I p. 16; Eb. p. 209; Zim. p. 78; L. 81; St. 249; H. 670; Hab. in Ann. III, 2 p. 145; Flor. p. 37; W. p. 127; L. L. in Bonn. I. II p. 119; Zell 328; Kl. in Ann. IV p. 346; Ring I p. 339.

1. 2. Mercurii Nundinatoris aras Treveris repertas duas habes ap. Flor. p. 35.

---

## Wiesbaden. (Aquae Mattiacae.)

---

47.

I·O·M·ET
IVNONI·REG
IN·HONOREM·T

Jovi optimo maximo et Junoni reginae in honorem titulum fecit ....

Ara c. a. 1600 veteri urbis muro inverso modo inserta hodie non extat.

Grut. 7, 5; Web. p. 5; Winckelm. p. 74; Bhd. p. 66; Schenck p. 103; Rh. A. p. 632; Eb. p. 209; Stein. 245; II, 683 Kl. in Ann. IV p. 345; est descripta in Ms. Idst.

2. 3. REC · ONOREM · F. Ita Ms. Idst., ceteri HONOREM F; Eb. ONOREM; St. omisit M.

48.

IN · H · D · D ·
APOLLINI TOV
TIORIGI
LMARINIVS
MARINIA
NVS Ɔ LEGVII
GEMALEXAN
DRIANAE VO
TI COMPOS

In honorem domus divinae. Apollini Toutiorigi Lucius Marinius Marinianus, centurio legionis septimae geminae Alexandrianae, voti compos.

Ara a. 1784 reperta et in diversorio »zum Schützenhof« inserta a. 1852 in Museum translata est.

La. in Act. Palat. VI p. 47; Ritt. p. 110; Zim. p. 158; Gern. Rheingeg. p. 3; Eb. p. 210; Dor. I p. 62; L. in Ann. I p. 14; L. 62; Or. 2059; W. p. 734; Peez Wiesbadens Heilquellen (Giessen 1823) p. 27; Stein. 242; II, 684; de W. CCLXVIII; Zell I, 252; B. in Ann. IV p. 375; Ring I p. 337.

2. 3. Toutiorix, Celticum Apollinis cognomen, deum salutiferum morbosque depellentem (Caesar b. G. VI, 17.) significare videtur, vid. B. l. c.

8. ALEXANDRIANAE. Severi Alexandri nomen (cf.

ad N. 1) exculptum ex vestigiis litterarum satis certis erui potest. Olim falso legebatur:

GEM · P · F · ALEXAND · D · D · D · FORTVNAE VOTI

vel similia, vid Or. l. c. Ara intra a. 222 et 235 dedicata est; eo tempore legionem hanc ex Hispania, ubi stativa habuerat, iussu Severi Alexandri ad Germanicum fortasse bellum in Germanias venisse putat Borghesi in Ann. dell' inst. arch. XI p. 152; id vero nullo lapide nec alio argumento probari potest, cf. Kl. Ueber die Legion. in Obergerm. p. 23 n. 78.

49.

FIRMIVS
FIRMINVS
ΈROMVLA
VXOR
EX VOTO

Firmius Firminus et Romula uxor ex voto.

Ara a. 1853 ex fundamentis ecclesiae Mattiacensis incendio deletae eruta in Museo asservatur..

Periodische Blätt. der Gesch. u. Alterthumsvereine 1853. 4 p. 14.

3. ΈROMVLA. Inferior pars litterarum ligatarum Έ deleta est nec non superior litterae V vocis VXOR; ROMVLAM libertam habes ap. Mommsen Insc. Reg. Neapolit. 3964.

5. EX VOTO. Cui numini ara dicata fuerit, dici non potest, cum superior eius pars mutilata sit.

50.

C · VALCF · BERTA · MEN
ENA · CRISPVS · MIL · LEG · VIII
AVG · AN XL · STIP · XXI · F · F · C

Gaius Valerius, Gai filius, Berta, Menenia, Crispus, miles legionis octavae Augustae, annorum quadraginta, stipendiorum viginti unius; frater faciendum curavit.

Cippus, in quo insculptus est miles armatus, »am Kranz« quem vocant, 1841 repertus et in Museum translatus est.

Lersch in Bonn. Jahrb. I p. 82; Habel in Ann. Nass. III, 2 p. 237; Stein. II, 671.

1. Berta est oppidum Macedoniae (Ptol. III, 13) quod Meneniae tribui ascriptum fuisse lapis testatur.

2. De legione VIII Augusta vide N. 4.

51.

L · VETVRIVS · SP · F
VOT · PLAC
PRIMVS VETER
EX · LEG · XIIII
GEM
H S E

Lucius Veturius, Spurii filius, Voturia, Placentia, Primus, veteranus ex legione decima quarta gemina, hic situs est.

Lapis a. 1840 »am Kranz« repertus et in Museo asservatus.

Lersch l. c. p. 83; Hab. l. c. p. 238; St. II, 672; Ring. I p. 338.

2. VOT. vera tribus scriptura esse videtur.

4. De legione XIIII gemina vide N. 41.

52.

D · M · TITO
FLAVIO · GERMNO
VETER · LEG · XXII PR
P · F · NATIONE
BATAVS
ANNORVM
L · VLPIVS · ARVATIVS
H · F · C

Diis Manibus Tito Flavio Germino, veterano legionis vicesimae secundae primigeniae piae fidelis, natione Batavus, annorum quinquaginta; Ulpius Arvatius heres faciendum curavit.

Lapis a. 1841 »am Kranz« repertus et in Museo asservatus.

Lersch. l. c. p. 81. Hab. p. 238. Stein. II, 673.

2. Olim legebatur GERMANO.

3. De legione XXII vid. ad N. 1.

5. BATAVS pro BATAVO, de quo vid. Beck. in Bonn. Jahr. XV p. 96 et 108. Eadem in eodem nomine scriptura est in inscripp. ap. Reines. cl. IX. n. 47. 73. 74.

53.

DASSIVS · DA
ETORIS · FIL ·
MAESEIVS
MIL COH · V ·
DELMATARVM
AN XXXV · STI
XVI · H · S · E

Dassius, Daetoris filius, Maeseius, miles cohortis quintae

Delmatarum, annorum triginta quinque, stipendiorum sedecim, hic situs est.

Lapis repertus et asservatus ut. N. 51.

Hab. III, 3 p. 210; St. II, 680; Aschbach in Bonn. Jahr. XX p. 78.

1. DASSIVS et DAETOR nomina barbara. Dasius Pannonius est ap. Or. 504. — Maeseius patriam Delmatiam Dassii indicare videtur, ut ap. Gr. 573, 1: PLATOR VENETI F. MAZEIVS est in lapide Salonae in Delmatia reperto, cf. Arneth. Militaerdipl. p. 20. MASEIVS est in B. I. VII p. 55.

4. Cohors quinta Delmatarum Vespasiano imperante in Germania tetendit, cf. Arneth Militaerdipl. p. 29; Aschb. l. c. Mogontiaci olim erat eiusdem cohortis lapis, cf. L. 259. Aschb. l. c. habet DALMATARVM.

54.

LICAIVS · SERI · F · MILES
EX · CHO · Ī · PANONIORV · AN
XXX STI · XVIH SE FRATER · OP PECS
F

Licaius, Seri filius, miles ex cohorte prima Pannoniorum, annorum triginta, stipendiorum sedecim hic situs est; frater opus pecunia sua fecit.

Lapis a. 1842 »am Kranz« repertus et in Museo asservatus. Insculptus est miles armatus.

Hab. p. 212; St. II, 678.

1. LICAIVS et SERVS nomina barbara: editores pro illo scripserunt IICAIVS i. e. Caius neglectis litteris praecedentibus. SASSAIVS LICCAI F. Breucus est ap. St. II, 1344.

55.

C·IVL·C·F C·IVL·SAR
CLEMES·NVS FILIV
FORO·IVLI )COH·II·RAI
VET·AN·LX C·R·AN·XXV
S·T·F·I HERED F C

Gaius Julius, Gai filius, Clemes, Foro Julio, veteranus, annorum sexaginta; Gaius Julius Sarnus, filius, centurio cohortis secundae Raetorum civium Romanorum, annorum viginti quinque; sepulcrum testamenti formula iussi heredes faciendum curaverunt.

Lapis repertus et asservatus ut N. 51. Insculpti sunt duo viri, alter volumen, alter centurionis vitem manu tenens.

Hab. l. c. III, 3 p. 211; Kl. Abbild. p. 28; Stein. II, 875; Kl. in Ann. IV p. 292.

1—4 Hab. versus, intervallo medio seiunctos, continuos legens mire nomina confundit. Sarnus est nomen, ut videtur, barbarum.

2. CLEMES. Eandem nominis formam (pro CLEMENS) habes ap. Or. 481 et Lehne 215, vid. Kl. l. c. p. 293. et Zell II p. 61.

3. Forum Julium est oppidum in Carnis situm, hodie Cividale.

Cohors secunda Raetorum, quam habes etiam infra N. 56, non ante finem saeculi p. Chr. n. primi in Germania superiore stativa habuisse videtur, vid. Kl. l. c. p. 27. sqq.

56.

Q.
VIBIVS · AGI
VSTVS · RAETVS
MIL · COH · II · RAET
AN · XXX · STP XIII
H · F · C

Quintus Vibius Agiustus, Raetus, miles cohortis secundae Raetorum, annorum triginta, stipendiorum tredecim; heres faciendum curavit.

Lapis a. 1840 ut N. 51 repertus et in Museo asservatus.

Lersch in B. I p. 83; Hab. III, 2 p. 239; St. II, 674; Kl. in Abbild. d. Mainz. Alterth. II p. 28; Ring. I p. 338.

2. AGIVSTVS nomen barbarum: H. et St. habent AVGVSTVS.

4. De coh. II Raetorum vide N. 55.

57.

BLAN NI ITI
CIVI V MIL
COH I I
STIP XX IV
H F C

Blandinius ...........civis ..... miles cohortis secundae Raetorum annorum? .... quinque, stipendiorum viginti; .... heres faciendum curavit.

Lapis repertus et asservatus ut N. 51; supra triclinium est insculptum.

Hab. l. c. III, 3 p. 213; Stein. II, 667.

1. BLAN··NI esse videtur nomen Blandinius; in fine versus latet patris nomen. Cetera litterarum vestigia non satis cognosci possunt.

58.

DOLANVS · ESBE
NI · F BESSVS · EQ EX ·
COH · IIII THRACVM
ANNO XXXXVI
STIPENDI XXIIII
H · S · E

Dolanus, Esbeni filius, Bessus, eques ex cohorte quarta Thracum, annorum quadraginta sex, stipendiorum viginti quattuor, hic situs est.

Lapis repertus et asservatus ut N. 51. Insculptus est supra eques armatus hostem deiectum premens, pone est servus lanceas tenens.

Hab. l. c. III, 3 p. 210; Kl. in Z. f. A. 1850 p. 512; St. II, 679.

1. DOLANVS et ESBENVS nomina barbara; Bessus est natione Bessorum, gentis Thraciae.

3. De cohortibus Thracum vide Kl. l. c.

59.

T. FLAVIVS · CELSVS
VET · EX · ALA · SCVBV
ORVM · CIVES · SAPPA
VS · ANN L · H · S · E · H · F

Titus Flavius Celsus, veteranus ex ala Scubulorum,

civis Sappanus, annorum quinquaginta, hic situs est; heres fecit.

Lapis a. 1842 repertus et asservatus ut N. 51. Supra conspicitur vir in triclinio cubans, cui puer ad pedes stans praesto est.

Hab. l. c. III, 3 p. 212; St. II, 676; Aschb. in Bonn. Jhr. XX p. 55.

2. Ala Scubulorum unde nomen acceperit, incertum est, vide Aschb. l. c. Commemoratur in ara Wormatiensi L. 12, et in tabula honestae missionis Vespasiani imp. ap. Arneth Militaerdipl. p. 29; cf. etiam Mur. 204, 6; 1101, 1.

3. Cives ut saepe pro civis; SAPPVS, ita H., in lapide est ut dedimus, SAPPA II VS. Sapa urbs Aethiopiae memoratur Plin. 6, 20; Σάφα in Mesopotamia Plut. Con. 22, quam Ptol. 5, 18. Σάπφη nominat.

4. Editores falso legunt LI·ESF·H·F, vel XI·ESEHF et interpretantur: ex sententia heres fecit.

60.

MVRANVS·
FOAIAĪL A VIA
ANDIOVRIFCIVIS
SECVAVS·STIPXXII
···N····

Muranus, eques alae primae Flaviae, Andiouri filius, civis Secuanus, stipendiorum viginti duorum, annorum .........

Lapis, equo, quem servus manu tenet, insignitus, repertus et asservatus est ut N. 51.

Beck. in Ann. Nass. IV p. 358 sqq.; id. Frankf. Arch. VI p. 20.

1. MVRANVS, ANDIOVRVS nomina barbara, de quibus vid. B. l. c. p. 361 sq.

2. Ex litterarum vestigiis multis partibus mutilis genuinam lectionem revocavit B. l. c. De ala l. Flavia vide ad N. 27 et B. l. c.

4. SECVANVS positum pro SEQVANVS, de qua scribendi ratione vid. Beck. l. c. p. 363.

61.

STI·XXI

Stipendiorum viginti unius.

Cippi fragmentum a. 1834 repertum et in Museo asservatum.

62.

D. S M
MEMORIAE · SE
CVNDI · AGRI
COLE · NEGOTI
ATORI · ARTIS
CRETARIAE · A
GRICOLIA AG
RIPINA · FILIA
PATRI · PIENTIS
SIMO · F · C

Diis Manibus memoriae Secundi Agricolae, negotiatoris artis cretariae, Agricolia Agripina filia patri pientissimo faciendum curavit.

Cippus a. 1842 repertus et asservatus ut N. 51. Hab. l. c. III, 3 p. 209; St. II, 681.

4. 5. Negotiatori rectius cum Stein. pro negotiatoris positum accipies quam pro dativo.

5. De arte cretaria vid. v. Hefner in Augsb. Allg. Zeitung 1851 N. 243 sq.

63.

| | | |
|---|---|---|
| RIAM · M · · · · · · I | vel | IAM · · I |
| B · PVS | | CRISPVS · P · · |
| . . . . . . . . | | . . . . . . . . |
| . . . . . . . . | | |
| ANIIS € CSV | | ANTAS · CC\iV · |
| IVS · NIVS VITV | | IVS · MVSVITV · |
| LVS NOVELLIVS | | VS · NOVELL'VS |
| . . . . . . . SI | | . . . . . . . . |
| IVS VELD — I | | IVS · VELDAEM |
| VITVLVS | | · / · VETVRVS |
| CIIVS LIFSSI | | IVS SINE^AI · |
| STTL | | . . . . . T :: · R |

In memoriam ...... Justinius (?) Vitulus Novellius... Vitulus eius libertus (?) ..... sit tibi terra levis.

Cippus ineditus incertum quo anno repertus et in Museo asservatus.

Pleraeque inscriptionis litterae evanuerunt neque eae, quas dedimus, (secundum nostram et alterius viri docti lectionem) omnes extra dubium positae sunt.

64.

F L O R E N

Florentius s. Florentinus (?).

In lapide oblongo, qui ignoto anno locoque repertus est, hae litterae dubiae lectionis insculptae leguntur. Similem inscriptionem habes ap. St. II, 1609.

65.

| | |
|---|---|
| S | CO |
| P | |
| M | IMP |
| IOT | |

Haec duo fragmenta incertum quo anno reperta in Museo asservantur, et dubitari potest, an uni eidemque lapidi attribuenda sint.

66.

HIC QVIE
XCIT IN PA
CE EPPOQV



Hic quiexcit (quiescit) in pace Eppo, qui vixit (?).

Lapis a. 1754 ante portam, cui nomen erat Mogontiacae, in campo (hodie Friedrichstrasse) repertus et in Museo asservatus: est alabastrites; columbae monogrammati Christi nomen indicanti additae sunt.

Dor. I p. 41 c. fig.; Zim. p. 157: Hab. l. c. III, 3 p. 199; St. 240; II, 692.

3. EPPOQV. Editores Eppocus, sed sine dubio, qui in his inscriptionibus christianis fere semper additus est, annorum vitae numerus omissus est, ita ut ex coniectura viri cuiusdam docti intelligenda sint sigla verborum, qui vixit; neque tamen in lapide spatium est annos, quos vixit, addendi. Nomini Eppo alia eiusdem terminationis nomina Ludino, Quito, Sicco, Ivio ex inscriptionibus christianis ap. Hab. l. c. p. 195 et 198 desumptae comparari possunt.

# Dotzheim.

Vicus prope Aquas Mattiacas Rhenum versus situs.

67.

RTVNA
EIVS·EX·V
CEPERV
MP·D·N·S
NDRC

Fragmentum arae a. 1824 repertum et im Museo asservatum.

Lehne in Ann. I p. 19. tab. I; St. 250; II, 1690.

L. duplicem interpretationem tentavit: In honorem domus divinae et Fortunae reduci eius ex voto susceperunt pro salute imperatoris domini nostri Severi Alexandri.... , ita ut lapis a. 235 p. Chr. n. sit assignandus. Altera eius interpretatio haec est:.... Fortunatus et Seius ex voto susceperunt sub imperatore domino nostro Severo Alexandro. Priorem interpretationem amplexus est St. Nos in medio relinquimus.

4. 5. Nomen Severi Alexandri erasum est, de quo vide ad N. 1.

## Frauenstein.

Vicus prope Dotzheim situs.

68.

ARTI
VCETIO
)SALVTE
OMINI·N·AG
VOCONIVS
LVS·LEG XXII
PONENDVM
RAVIT

Marti Leucetio pro salute domini nostri Augusti, Voconius Vitulus (miles ?) legionis vicesimae secundae, ponendum curavit.

Fragmentum lapidis c. a. 1520 parieti sacelli, quod »zum Armudt« vocabant, prope vicum siti, infixi, quod Habel in villa Armuda a. 1825 detexit; non restat. Priores editores varie inscriptionem exhibent: editio princeps Hutt. XXVI ita conscribit:

MARTI.LEVCETIO
PROSALVTE IMP
DOMINI·N·AVG·PII
O·VOCONIVS VIT
VLVS·LEG XXII
PR·P·F PONENDVM
CVRAVIT

Neque ceteri magis consentiunt cum fragmento; iam idem Hutt. altera edit. v. 4—6 mutavit. Ap. p. 478

in quinque versus contractam exhibet. Alteram Hutt. secutus est Gr. 58, 3, mutata tamen tacite littera O v. 4 in Q. Gruterum secuti sunt Joh. XXIV, St. 248, de Wal Myth. 340; Laz. p. 582 in quattuor versibus; F. I p. 34 v. 5 centurionis signum addit; L. in Ann. I p. 17 fragmentum illud denuo repertum restituit eumque secutus est Win. 41; postea vero L. 87, itemque St. II, 682 Fuchsii lectiones probaverunt. Kl. in Ann. IV p. 312 etc.; Ring I p. 345.

1. Martis cognomen Leucetii originem traxisse videtur a Leucis, Galliae Belgicae gente, vide Schm. Gesch. v. Hess. II p. 399 et Kl. in Ann. l. c. p. 314. sq. cf. N. 98 et 99 et Bonn. I. XVIII p. 243.

3. Antonini Pii aetati (a. p. Chr. n. 138—161) inscriptio vindicanda est, quamquam L. falso nisus argumento ad a. 139 ipsum eam referre conatus est, vid. K. l. c. p. 319.

4. Ring: VOCCONIVS. O. Olus i. e. Aulus, vide Zeitschr. d. Mainz. Vereins I p. 200.

5. De legione XXII vide ad N. 1.

Tota igitur inscriptio ex L. sententia hanc formam habuisse videtur:

MARTI
LEVCETIO
PROSALVTE
IMP· DOMINI · N · AVG
PII · O · VOCONIVS
VITVLVS · LEG · XXII
PR · P F · PONENDVM
CVRAVIT·

## Marienhausen.

Vicus in pago Rhenano (Rheingau) prope Rüdesheim situs.

---

69.

I · O · M · SERAPI
CÆLESTI · FOR
TVN · ET · GENIO
LOCI · P · LICINI
VS · PAL · TR · )
LEG · $\overline{\text{IIII}}$ · M · P ·
PRO · SE · SVIS
Q · V · L · L · C.

Jovi optimo maximo, Serapi cælesti, Fortunae et Genio loci Publius Licinius, Palatina, centurio legionis quartae Macedonicae, posuit pro se suisque voti lubens laetus compos.

Lapis initio nostri saeculi in aedis xysto positus deletus esse videtur.

Lehne in Ann. I, 2 p. 12; L. 46; St. 252; II, 702; Zell 336; Ring. I p. 347.

1. SERAPI: non est opus ut cum editoribus Serapidi interpretemur.

2. CÆLESTI. Juppiter caelestis est ap. Murat. 8, 10; Jupp. caelestinus ap. Or. 1223; inde vocabulo praecedenti adjectum videtur, tamen Caelestis etiam Dea esse potest (Or. 1942 sqq.).

6. Legio IIII Macedonica primo saeculo in Germania superiore tetendit; ejus laterculos habes N. 74. V. Kl. über die Leg. in Obergerm. p. 12.

---

## Orlen.

Orlen, Ober- et Unterlibbach vici intra Wehen et Idstein oppidula siti non procul ab vallo Romano absunt prope castellum Romanum, cuius vestigia et locus hodie die Hoheburg vocatur.

70.

IN·H·D·D·G·ЄNTI
GENTNO·ET·BASSO·CoS.

In honorem domus divinae. Genio centuriae Aviti Gentiano et Basso consulibus.

Ara a. 1770 prope vallum Romanum reperta et in Museo asservata: supersunt in ea pedes Genii.

Ritzhaub, Gymn. Idst. progr. 1787 p. 10; Wnk. I p. 15; L. 114; St. 257 II, 694; Roem. in Arch. f. Frankf. Gesch. IV p. 96; Ring I p. 343.

1. GЄNTI. Kr. ap. Wnk. interpretatus est: in honorem diis deabus Genium Treveri (curarunt dedicari); L. GEN legens: Genio Treverorum, cui lectioni St. adstipulatur, at in altera editione est: Genio cohortis augustae Treverorum.

Ara dedicata est a. p. Chr. n. 211 Quinto Epidio Rufo Lolliano Gentiano et Pomponio Basso consulibus.

71.

PED N·TREVEROR
VM·P·LXXXXVI
SVB·CVR·AGENTECRES
CENTINO RESBECTO Ç
LEG·VIII·AVG.

Pedatura numeri Treverorum passuum nonaginta sex sub curam agente Crescentino Resbecto, centurione legionis octavae augustae.

Lapis a. 1778 prope castellum Romanum repertus in Museo asservatur.

Kr. Lapid. lit. Wisb. 1775; N. p. 51; Kr. Hanau. Mag. 1784 p. 9; Gerck. IV p. 270; Rizhaub l. c. p. 9; L. 284; Hüpsch Epigrammatographie I p. 52; St. 254; II, 693; Sch. I p. 108; Roem. in Arch. f. Frankf. Gesch. IV p. 48; Ring I p. 344.

1. St. PEDATTREVEROR. Olim interpretabantur pedites numeri, sed est pedatura numeri, de qua v. similes inscriptiones ap. St. II, 52; Bonn. J. III p. 98; Overbeck Catal. d. Bonn. Mus. p. 57.

4. Ring habet RESPECTO Signifero.

5. De Legione VIII augusta vid ad N. 4.

72.

| 1. | 2. |
|---|---|
| IMP CAES | . . . . . . . |
| . . . . . . . | . . . . . . .PIO |
| FELICIAVG | . ONTIFICIMA |
| XIMOTRIB · | POTFS · · T · |
| COS P P PRO | |
| TREVEROR | |
| . . . . . . . . . . . | |
| EODEVOTA | |
| MVRVMAS( | |
| MAXIMOETI/ | |

Imperatori Caesari (Marco Aurelio Severo Alexandro) pio felici Augusto pontifici maximo, tribunicia po-

testate, consul, pater patriae, proconsul.... (cohors ?) Treverorum (Alexandriana) eo (?) devota murum a so(lo restituit) Maximo et A(eliano consulibus.)

Lapidis a. 1778 prope castellum Romanum reperti fragmenta haec duo in Museo asservantur.

Rizhaub l. c. p. 10; Wnk. I p. 17; Zim. p. 146 sq.; L. 128; Roem. in Archiv f. Frankf. Gesch. IV p. 96; Sch. I p. 107; St. 258; II, 695 coll. vol. II p. 372; Ring I p. 344.

1. 2. 7. Nomina imperatoris Severi Alexandri erasa sunt, ut N. 1, quod vid.

7. Lacunam omittit Ring.

8. EO St. pro EI positum putat.

9. ASC ut in lapide. L. AG cum aliis legens interpretatur: aggeremque, quod ceteri amplectabantur.

10. Zim. lapidem a. p. Chr. n. 107, Rizhaub, 212 assignant; sed est a. 223, quo consules erant Lucius Marius Maximus et Lucius Roscius Aelianus.

# Laterculi legionum et cohortium.

Describuntur omnes et Nassoici et externi, qui sunt in Museo; adiciuntur, quos in ducatu Nassoico repertos esse harum rerum scriptores memorant. Numeri, qui uncis includuntur, sunt Inventarii de Antiquitatibus in Museo asservati; de numero horum laterculorum vid. Period. Blätter 1853, I p. 19.

## I. Laterculi legionum.

### 73.

### Legio I adiutrix.

Hujus legionis laterculi sex in Museo asservantur.

LEG I ADI. rep. (2) Heddernh. a. 1851. (6) Aqu. Matt. in castr. Rom. a. 1838; cf. Mittheil. 1852 p. 140.

LEG I AD. rep. (1) Heddernh. a. 1851. (5) Mogont.

LEG I AD. rep. (4) Mogont.

LEG I VD. rep. (3) Aqu. Matt. in castr. Rom. a. 1838. St. II, 687.

Legio I adiutrix circa annos 100—150 Mogontiaci stationem habuit; cf. Kl. über die Legion. p. 21.

### 74.

### Legio IIII Macedonica.

IIII LEG. Tres laterculi in Inventario huic legioni adscribuntur; sed (1) et (2) Aqu. Matt. ann. incerto et 1847 reperti, ad legionem XIIII referendi videntur; (3) rep. incerto loco litteris paene deletis insignitus est, ut, num idem de eo statuendum sit, accurate dici nequeat.

De legione vid. ad N. 69.

## 75.

### Legio VIII augusta.

Quinque laterculi in Museo sunt; cf. Zimm. p. 157.

LEG VIII NG. rep. (3. 5) Mog. a. 1823.

LEG VIII A.. rep. (1) Aq. Matt. iu castr. Rom.

LEG VIII ĪAI. rep. (2) Aqu. Matt.

LEG VII ... rep. (4) Mog.

LEG VIII AVG rep. Nidae a. 1808.

Zim. p. 157; St. II, 659, sed ex Ann. I, 1 p. 12 non apparet, eum laterculum ita insignitum fuisse.

LEG·VIII. rep. Aqu. Matt. a. 1820.

Dor. II p, 5.

De legione VIII augusta vid. ad N. 2.

## 76.

### Legio XIIII gemina Martia victrix.

Hujus legionis laterculi undequinquaginta in Museo asservantur. Qui nulla littera aut G tantum addita insigniti sunt, ab iis probe sunt discernendi, quibus GM vel GEMV litterae adiectae sunt, quum haec res ad temporum, quibus in stationibus Rhenanis legio erat, computationem recte instituendam multum valeat; cf. ad N. 40.

LEG XIIII

rep. (37 a. 39. 41. 42) Heddernh.

(43) Hofheim in castr. Rom.

(10) Aqu. Matt.; (8) ibid. a. 1847; (18) ibid. in castr. Rom.; (22) ibid. a. 1839; (9) prope Aqu. Matt.

(38) Hoechst (LE deletis); (5) ibid. a. 1845.

Ann. II, 3 p. 280.

(6) Rambach 1837. (12. 15. 27) Mogont.
(29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36) incerto loco.
Aqu. Matt. a. 1815.

Dor. I p. 55 et sq. c. fig.; Zim. p. 22 et 157; Peez l. c. p. 28. (p. 27. LEG. XII pro XIIII mendose scriptum est.)

LEG XIIII G.

rep. (1. 20. 25) Aqu. Matt.; (3) ibid. a. 1849; (23) ibid. a. 1850; (24) ibid. in castr. Rom.; cf. St. II, 688.
(28) incerto loco.

LEG XIIII GM

rep. (37b. 16) Aqu. Matt.; (11) ibid. a. 1839.
(13. 45) Mogont. (In N. 16 et 45 M littera incerta est.)

Nidae. St. II, 660.

LEG XIIII GM
V

rep. Aqu. Matt. in castr. Rom. a. 1838.

St. II, 688.

LEG XIIII GMV s. GMV

rep. (48) Aqu. Matt. a. 1841; (49) ibid. a. 1850.
(26. 44) Hofheim in castr. Rom. (14) Mog.
(19) Rambach a. 1846; (4) ibid. a. 1847.

Ann. IV p. 201.

Aqu. Matt. 1838; Hoechst et Roedelheim a. 1835.

Ann. II, 3 p. 314 et 280.

Exstant praeterea haec laterculorum fragmenta:

| | | |
|---|---|---|
| LEG XI .... | rep. | (47) Aqu. Matt in castr. Rom. (17) Mog. |
| LEG XII .... | — | (40) Hoechst. |
| LEG XIII... | — | (46) Rambach a. 1846. |
| LEG XIIII.... | — | (2) Aqu. Matt. in castr. Rom. |

....III GM rep. Heddernh. et in Museò Roemeri asservatus.

B. Frankf. Arch. VI p. 17.

Denique huc referendi sunt duo vel tres laterculi, qui in Inventario legioni IIII adscribuntur, vid. N. 74; nec non duo, qui in Inventario legioni XXII (26 et 52) attribuuntur, vid. pag. 62.

77.

Legio XXI rapax.

Hujus legionis laterculi in Museo sunt tredecim.

LEG XXI.R.

rep. (7. 11. 13) Hoechst.
(3. 10) Hofheim ad castr. Rom. a. 1842.
(9) Aqu. Matt.; (4) ibid. a. 1845; (12) ibid. a. 1849.
(5) Mogont.
(2) Zahlbach. (6) incerto loco.

LEG XXI R II (sic!)

rep. (1) Hofheim in castr. Rom. a. 1842.

LEG. XXI R
VNFER vel VNCER

rep. (8) ibid. Nomen centurionis fabrum additum est.

Leg. XXI rapax in Germania superiore erat circa annum 60 et sqq.

cf. Kl. Ueber die Legionen etc. p. 16; H. Meyer die XI u. XXI. Legion (Mittheilungen d. antiq. Gesellsch. in Zürich. VII 1853) S. 126 sqq.

78.

Legio XXII primigenia pia fidelis.

Huius legionis laterculi circiter centum septua-

gista in Museo asservantur: nonnullis centurionis fabrum nomen est additum.

LEG. XXII

rep. (103) Aqu. Matt. a. 1850. (106) Hoechst. (113) Mogunt. Ann. II. 3 p. 280. 297. 314. (33. 139) incerto loco.

LEG XXII rep. (56) Heddernh.
ATTIVLII
P.XX GIVIARI vel G·MARI rep. a. 1732 Aqu. Matt.

Weber p. 111; Eb. p. 213.

LEG XXII C·V

rep. Aqu. Matt. in Saalgasse a. 1732.

Weber p. 111: Rhein. Antiqu. p. 633; Eb p. 210; St. 241; II, 689; Meyer Gesch. d. XI Leg. etc. p. 145; Ann. IV p. 474 et 479; cf. X. 102.

C·V erit nomen figuli vel centurionis fabrum, non cohors quinta, ut St. explicat.

LEG XXII V vel IV

rep. (123) Aqu. Matt. in castr. Rom.; (133) Mog.

.. IIGXXIIIVI

rep. (29) incerto loco.

LEG
XXII
P...

rep. Heddernh. et in Museo Roemer.

B. in Frankf. Arch. VI p. 17.

LEG XXII P

rep. (11) Aqu. Matt.; (16) a. 1846.

LEG·XXII PR

rep. prope Libbach. Marienfels a. 1824.

Kr. I, 332; St. 255; II, 696 et 698 sq.; Ann. I, 1 p. 40.

(149) Aq. Matt. a. 1841; litterae deesse videntur.

LEG XXII ꝒI vel Ꝓ (i. e. PRI)

rep. (101) Aqu. Matt. a. 1847. (89) Weisenau.

LEG·XXII P P

rep. (153.) Bierstadt. (126) Aqu. Matt. (108) Heddernh.

(62) ad Aqu. Matt. a. 1844; (157) a. 1846.

(92. 145. 151) Mogont.; (119) a. 1822.

(112) incerto loco. Heddernh. incerto anno.

St. II, 657; Ann. II, 3 p. 160 c. fig.

LEG XXII PP

VERACAPIT

rep. (88) Heddernh. a. 1843. (54) Aqu. Matt. a. 1842.

LEG XXII PP

PRIMVS F

rep. (131) incerto loco.

... XXII PP

(in latere) IDIBVS M II

rep. (127) Hofheim; i. e. idibus Maiis, ut Mommsen V. D. explicuit; litterae stilo incisae forma multum a solennibus discrepant.

LEG. XXII P P I

rep. (1) Aqu. Matt. a. 1839.

LEG XXII PRP

rep. (72) Marienfels. (107) Hofheim, a. 1842.

(57) Nidae, a. 1845. (42) Aqu. Matt. a. 1821;

(128) a. 1847. (37) Mogont. (161) incerto loco.

Rizhaub Gym. Idst. prog. 1787 p. 10.

LEG XXII RRP (pro PRP) rep. (34) Aqu. Matt. 1849.
LEG. XXII PRP — (9) incerto loco.
A·ST·I....
LEG XXII PRP
CAI·STRA... (i. e. Caius Strabo?)
rep (104) Aqu. Matt. a. 1844.
LEG XXII PRP rep. (137) Heddernh.
IVLIVS AVGVR F
LEG rep. (162) Hoechst, a. 1844.
XXII (47) Heftrich. (19) Orlen. (100)
PRP Aqu. Matt. (48) Heddernh.

LEG. XXII ꝒRPI (i. c. PRPI)

rep. (3) Aqu. Matt. a. 1846.

LEG XXII PRIPI

rep. Aqu. Matt.
St. 24.

LEG XXII PF

rep. (136) Heddernh. (117) Mogont.
Aqu. Matt. a. 1732.
Weber p. 111.

LEG XXII ꝒRPF

rep. Nidae.
Ann. II, 3 p. 243 c. fig. (ibid. p. VI Heddernh. nominatur.

LEG XXII PRF

rep. (4) Aqu. Matt. a. 1847.

LEG XXII PPF

C · C · SECVNF

rep. (156) prope Aqu. Matt. a. 1846; cf. Smith antiquit. of Treves Mayence Wisb. (Lond. 1851) p. 68.

LEG. XXII P · P · F

rep. (51.58. 59.91. 135. 154) Heddernh. (13. 32. 94) Hoechst; (164) a. 1845.

Hab. in Ann. II 3 p. 118 sq. c. fig., ubi plura cohortium signa addita sunt; St. II, 658.

rep. (40) Bierstadt. (68. 76. 93) Marienfels a. 1849.
(132. ·146) Hofheim in castr. Rom.; (159) a. 1843.
(35) Reifenberg. (36) Hoechst.
(147) Aqu. Matt.; (60) a. 1844; (21. 158) a. 1846; (95) a. 1850.
(105. 122. 124) ibid. in castr. Rom. a. 1838.
(6) prope Aqu. Matt. a. 1846; (5) a. 1847; (96) a. 1849.
(44) Mogont.; (87) a. 1821; (115) a. 1822; (45. 102) a. 1823; (28) a. 1832. (121 litteris in forma crucis positis) a. 1823.
(120. 130) incerto loco. Nidae saepius.

Hab. in Ann. II, 3 p. 182 c. fig.; St. 223; II 661 narrat, a. 1808, 1820, 1836 tales laterculos Nidae repertos esse, sed Lehne et Habel, quos ex Ann. I, 1 p. 12 et II, 3 p. 297 citat, non accurate eorum notas tradunt.

Wehrheim a. 1780. Orlen, a. 1853.

Kraus. in Mem. p. 332; St. 259; Period. Bl. 1853, 4 p. 13.

... PPF AGRIP · F rep. (38) Bierstadt a. 1846.

... GE · PFLEC XXII P .. rep. (61) prope Aqu. Matt. a. 1844.

LEG XXII PP · F rep. (15) Aqu. Matt. in castr. Rom.
· C · SECVN F a. 1839. (55) Heddernh.

LEG XXII PP · F rep. (20) Aqu. Matt. a. 1844.
L · COPEC · F · F

LEG XXII PPF IVSTVM FECIT (in circulo scriptum) rep. (86) Marienfels a. 1849.

.. G XXII PPF rep. (168) ibid.
· IVST . MF

LEG XXII PPF rep. (73. 77. 79. 82. 83. 85)
MNGANDIF Marienfels, a. 1849.

LEG XXII PPF · I · I · SF rep. (84) Marienfels, a. 1849.

LEG XXII PPF rep. (69. 75. 78. 81. 160) ibid.
IVL · PRIMVS F Heddernh. in Mus. Rom.
cf. B. in Frank. Arch. VI p. 17.

... XXII PPF rep. (63) Bierstadt.
.. VL . RIMVS

... XXII PPF rep. (169) Bierstadt, a. 1846.
P ... P .. F

LEG XXII PPF
HELVIVSMOIANS F (vel initio mutilo) rep. (66. 67. 70. 71. 74. 152) Marienfels a. 1849. (18) incerto loco. Nidae et asservatus in Mus. Bonnensi. Legas Molanus neve Moians neu Molans vel Mojanus, ut editores volunt.
L. L. II, 64; St. II, 662; Meyer Gesch. d. XXI Leg. &c. p. 145.

LEG XXII PPF / SEMPR FRONT — Vel litteris aliis alias mutilis. rep. (114) Hofheim in castr. Rom. a. 1842. (155) Mosbach, a. 1844. (30) Mog.

cf. Smith l. c.; Kl. Zeitsch. d.Mainz. Alt.-Ver. I p. 86.

LEG XXII PPF CV

rep. Aqu. Matt.

St. 241; II, 689; Meyer l. c.; sed auctores, quos ille citat, laterculum his litteris insignitum non habent.

LEG XXII PRPF

rep. (110. 143) Heddernh. (12. 25. 27. 46. 49. 53. 166. 167) Hoechst. (80. 111) Marienfels a. 1849.

St. 253; II, 700.

(144) Aqu. Matt. 1834; (125) a. 1836.
(14) a. 1842; (2) a. 1847; (17) a. 1849; et jam a. 1818.

Zim. p. 10; St. 241; II, 689; Dor. I p. 43 c. fig.

rep. (23. 24. 31. 90. 118. 138) Mogont.; (109) a. 1823; (116) a. 1821.

rep. (50) incerto loco. Libbach 1780.

Kr. in Han. Mag. 1784 p. 14; id. Mem. p. 332; Gerck. IV p. 269; St. 255; II 696.

LEG
XXII
ꝚPF — (165) Hofh. in cast. Rom. a. 1842. Heddernh. in Mus. Roem.

B. Frankf. Arch. VI. p. 17.

LEG XXII PRPF
CAI · STRABO — rep. (39) Hofh. in castr. Rom. a. 1842. (99) Marienfels, a. 1827. (10) Aqu. Matt. a. 1844.

LEG XXII PRPF rep. (41) Hofh. in cast. Rom. a. 1842.
IVLIVS AVGV

LEG XXII PRPF IVLIVS AVGVR F rep. (134) Heddernh.

LEG XXII PRPF MA rep. (140) incerto loco.

LEG XXII PRPF rep. (8) Aqu. Matt. a. 1849.
D D I N

... IPRPF rep. (97) Aqu. Matt.
.. VATVS F

LEG · XXII PRPF IVL · PRIMVS rep. Hoechst.

Ann. III. 2 p. 179; St. II, 666; laterculum dicunt esse in Museo, ubi vero non restat.

LEG XXII PIRPF (pro PRI) rep. (64) Hoechst.

LEG XXII rep. (141) Mogont.
II PFR

LEG XII PRIPIF
rep. (142) Mogont.

LEG XXII PRPFID
rep. (65) Mogont.

Denique laterculorum fragmenta cum his litterarum vestigiis supersunt:

LEG X̂.... rep. (129) Aqu. Matt.; (98) a. 1848

LEG XX .. rep. (43) ibid. a. 1847. (148) Nidae.

LEG XXII . rep. (7) ibid. a. 1846.

LEG XXIII ... rep. (150) ibid. a. 1844.

LEG XXII .... rep. Aqu. Matt. a. 1820.
BRICIC ...

Dor. II. p. 5, c. fig.; Meyer l. c. p. 145.

... MPPA · LEG ... (163) Aqu. Matt. (litterarum vestigia satis incerta sunt.)

(26 et 52 referimus ad legionem XIIII, ubi vide pag. 56.

De hac legione vide ad N. 1; num cognomina primigenia et primigenia pia fidelis varium tempus indicent, nondum est exploratum; cf. Kl. Ueb. d. Leg. not. 47.

79.

Legio XXX Ulpia victrix

LEG XXX V·V

Multi ejus legionis laterculi a. 1818 in vico Nida prope Hoechst reperti sunt, sed nullus extat.

Mainz. Zeitung 1819, 84; St. 222; II, 663.

Legio XXX Ulpia victrix a Trajano imperatore conscripta per plura saecula in Germania inferiore erat cf. Kl. l. c. not. 80.

## II. Laterculi cohortium.

80.

Cohors III Dalmatarum

COH III DAL

Hujus cohortis laterculi in Museo extant viginti unus, qui omnes praeter unum (a. 1846, »in der Jagdvilla am Höfchen unterhalb der Platte« repertum) Aquis Mattiacis eruti sunt: unus a. 1838, tres 1839, alius 1848, alius 1850, reliqui tempore incerto.

St. II, 690.

81.

Cohors III Treverorum

COH III TR

rep. prope Libbach c. 1780.

Kr. in Hanau. Mag. 1784 p. 15; Rœmer in Frankf. Arch, l. c.; St. 256; II, 697.

Olim interpretabantur: cohors tertia Thracum; recte jam Gerck. IV p. 269, qui nescio unde refert, lapides coh. IV Treverorum ibidem repertos esse.

82.

Cohors IIII Vindelicorum

COH IIII VIND vel COH IIII AIND

Huius cohortis laterculi asservantur in Museo quattuor; quorum duo reperti sunt prope Reifenberg, tertius Aq. Matt. in castr. Rom. a. 1839, quartus »am Höfchen unterhalb der Platte« c. 1846; etiam c. a. 1780 prope Heftrich in castr. Rom.

Kr. in Han. Mag. 1784, 19 et 121; id. Mem. etc. l. c.; Rizhaub l. c.; St. 251; II, 701; Zim. p. 158 (ad hanc cohortem etiam pertinere videtur, quod idem p. 24 de Coh. III memorat); Beck. Frankf. Arch. VI p. 19.

83.

Numerus Cattharensium.

CAIIHR vel NCATTHAR

Huius numeri laterculi in Museo asservantur viginti et unus. Litterae H A R conjunctae sunt.

rep. (1. 2. 3. 4. 5. 8. 9. 20. 21). Reifenberg, (6. 7) ibid. a. 1845; ceteris haec nomina infra addita sunt:

| | |
|---|---|
| FORTS | (19) rep. ibid. |
| DOM | (10) Heddernh. |
| P | (13. 14, 15) ibid. (littera tribus vel duobus circulis circumscripta est.) |

<P> (16) ibid.
CAPI (17) ibid.
ARM (18) ibid.
TAMIIC (11) Mogont.
TRANSRHENANA rep. (12) ibid; et apud Heidenkirche, in Mus. Roem.
Rœm. in Frankf. Arch. IV p. 89 sq.; B. ibid. VI p. 20.
NCATTHR in bibliotheca publica Francofurti.
. . . . . . IR fragm. ibid.

Unde hic numerus nomen duxerit, dissentiunt interpretes; Lehne 30. utrum numerus Gadarensium Judaeae an Gaddanorum Arabiae sit, haeret; Boecking notit. dignit. p. 813 ab oppido Dalmatino Cattara (quod Plin. h. n. III, 22 Ascrivium appellat) nomen trahit; Borghesi insc. del Reno p. 13 eos ex Cataris, populo Pannoniae inferioris (Plin. l. c. 25), desumtos esse statuit. Hagenbuch (ad Or. 3414) Chattuarios s. Hattuarenses scribendum esse censet. Nos Boeckingio adstipulamur. Nomen varie scribitur: CADDARENS in lap. Mogont. L. 30 (ubi D transversa lineola addita idem est atque thth aut tth cf. Zeit. f. Alt. 1851, p. 454); Catarienses vel Catarianenses Notit. dignit. p. Occid. VII; nostram scripturam habet insc. olim Mogont. L. 258.

### Figulorum nomina.

In lucernis, patinis paterisque diversi generis figulorum nomina quam plurima occurrunt.

84.

Primo ponuntur nomina eorum vasorum, quae in Museo asservantur quibusque locus, quo reperta sunt,

adscribi potest. Numeri appositi sunt Inventarii, quod in duas partes A et B divisum est.

Aquae Mattiacae.

A. 2. FORTIS
3. OFRONTN (intra)
ANTONI (extra)
4. PEREGRN
6. NIMPVS
5. OFC·IN
1. EVCARP
7. CINTVGNA

Bierstadt.

60. EVCARP

Heddernheim.

58. GELLIVS
F
59. SATTOIF
61. FORTIS
37. INO
43. OFIVCVN
46. SECCO F
44. NACÆIFE
42. NIMPVS
45. OFCELADI
38. OF MODEST

Kemel prope Schwalbach.

B. 136. COMITIALISF

Kastel (castellum Romanum.)

A. 14. ATILLVSF
15 et 28. ATTILLVS F
25, 26, 29. GELLIVSF
27. C·LIVS F
23. VIATORF
12. COMMVNIS
39. OFNICI
52. PONTIOFFIC
41. SECVND
53. CATVLLVS F
13. LVCIVS F
47. PRIMIGENNVS F
40. CABRVS
57. FORTIS
51. OFRVFNI
24. STRoBILI
65. LENVII (intra)
APOLLINIS (extra)

Mogontiacum.

50. SECINVS F 54. AMABILIS
16. FORTIS 48 et 55. CINTVGNATV
8. OF VITAL 49. PONTI
17. SARMI 18. MOA LVPATI
64. IDGIRNI

Circa Mogontiacum a. 1854 repert.

B. 137. CENDRINVS F 141. DVROTIX
144. CINTVGNATI 139. CNAEI
138. OF·PATR 142. CMΘMC
143. VITIV NAF·· 140. IVLIVS III (in circulo script.)

Zahlbach.

A. 36. AMANDVS F 35. SACCO FEC
34. MARCELLVS

Weisenau.

62. AVGVSTALIS FE 63. PRIMITIVS

Finthen.

30. MARTAL FE

Heimersheim.

31. AMMIVS 33. VITAL
32. VERECO

85.

Quibus locis reliqua vasa et vasorum fragmenta, quae nominibus insignita in Museo asservantur, reperta sint, accurate dici non potest: plura pertinebant ad collectionem, quam olim Jos. Emele Mogontiaci habuit, ea ipse ille Vir doctus partim Mogontiaci, partim in Castello Romano (Kastel), partim in Altiaiensium vico eruit, alia ex aliis provinciae Hassiacae Rhenanae locis sibi comparavit atque omnia descripsit in libro, cui est titulus:

»Dr. J. Emele Beschreibung römischer und deutscher Alterthümer in dem Gebiet der Provinz Rheinhessen zu Tage gefördert (Mainz 1825 mit 493 Abbild.; II. edit. 1833). Vasa ex ea collectione in Museo asservata haec figulorum nomina ostendunt; quorum figura in illo libro reperitur, additum est. Numeri sunt Inventarii.

cf. St. II, 1623 et seq.

| | | | |
|---|---|---|---|
| B. 27. | AVSTRVSF | Em. tab. 32. fig. 27. | |
| 10. | IOSSA FEC | ibid. fig. 23. | |
| 18. | MEDDV F E | id. tab. 31 fig. 21. | |
| 25. | DACOMA | id. tab. 32 fig. 31. | |
| 19. | SEVERVS FEC | ibid. fig. 34. | |
| 33. | VNISSAT: | ibid. fig. 33. | |
| 1. | VERVS FE | ibid. fig. 32. | |
| 23. | OFS... | ibid. fig. 3. | |
| 21. | MACCONOF | ibid. fig. 37. | |
| 15. | SERVAoF | ibid. fig. 28. | |
| 31. | IVN... | id. tab. 31. fig. 26. | |
| 34. | FLORIDVS FE | id. tab. 32. fig. 25. | |
| 8. | VIRIVS FE | 24. | MARTAL FE |
| 28. | TBIIRALS F | 32. | ... ANDVSFI |
| 12. | MEDDVII | 14. | ..... FEC |
| 6. | IOSSA | 17. | FAVENTINVS |
| 3. | CARINVS | 20. | VINDEMLIV |
| 26. | VITALIS | 2. | SEDATI.. |
| 16. | TE·MINVS | 9. | .... IVS |
| 11. | VITALI.. | 13. | MORINI |
| 5. | DIDD ƎN. | 7. | OFPATRIC |
| 29. | OF SILVINI | 30. | LAITI ... |
| 4. | NASVT | 22. | AM ... |

Ex eadem collectione etiam haec esse videntur:
117. MARTALFE id. tab. 32 fig. 35.
77. OFCNGELI ibid. fig. 36.
132. SECVNDI ibid. p. 22.
49. CINTVNATV id. tab. 21 fig. 15.

86.

Reliqua vasa in eodem Museo asservata Aquis Mattiacis, Heddernhemi, Hofhemi eruta dicuntur, sed dici non potest, quo quodque sit repertum; numeri sunt Inventarii.

| | |
|---|---|
| B. 135. AGRIP·F | 106. CVIAS F |
| 99. IRITVS F | 79. LATINVS F |
| 60. TERTIVS FE | 47. MOXSIVS F |
| 101. MARTA FE | 111. SECVND F |
| 110. MEDDVL FE | 96. TOCCAFEC |
| 86. SECINAL.. FC | 68. )KI·KVS FE |
| 94. TOCCA F | 67. CONIV.. F |
| 102. TOCCA FX | 90. CSSBELATVLLVS |
| 78. VIDVCOS·F | 40. BOVDVS |
| 73. CAIVSF | 42. CRACVNA... |
| 100. BR·TVT Bitutrix? | 114. LVTEVS |
| 69. DIGNVS | 39. RVFINVS |
| 129. COSILVS | 52. SECVNDANVS |
| 88. LVCVV-VS | 124. PLAC·DVS |
| 81. QVARTVS | 65. ... DVS |
| 113. SECCO | 53. VINDV... |
| 119. )AMENVS | 36. MARCELLINV |
| 38. MART... | 59. MART |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 71. | PERRIMN (manibus?) | 120. | PRIMIM |
| 84. | SILVINIM | 132. | SECVNDI |
| 58. | ABN | 51. | CRESTI |
| 87. | AQVII... | 62. | MAFI |
| 50. | COSIAI | 59. | MART |
| 48. | CRISPI | 126. | ... PRIMI |
| 97. | MNDVI | 93. | SILVANI |
| 125. | MARTINI | 115. | NMONI·I |
| 41. | IVII'N | 35. | OFFER |
| 74. | .I. ERI | 108. | OFRONT |
| 112. | OF BASSI | 45. | OFPON |
| 85. | OFCO·IV | 121. | OF IVCW |
| 76. | OFFGER | 75. | OFNI |
| 46. | OFMVRRAV | 80. | OF PATRI |
| 123. | OF PATRAC | 122. | OF PVDEN |
| 104. | OF PAT | 103. | OF VIN |
| 95. | OF SENI | 98. | OF VIM |
| 66. | OFICVIRIL | 72. | OFS· |
| 127. | OF VITA *) | 57. | FOSATTAM |
| 56. | OF VITAL | 89. | OF··N |
| 83. | FOVDIIVM | 82. | FEAGER |
| 55. | MACIOF | 109. | AAMIAVI |
| 70. | DIOM | 130. | CISINEBI |
| 105. | INIC | 61. | MAIAIII |
| 128. | LVBIWWW | 116. | AENISAIV |
| 118. | SAVVIIVV | 107. | ACMONISA |

*) Eadem inscriptio est in vase Aquis Mattiacis rep. ét in Mus. Bonnensi asservato cf. Overbeck Katalog des K.-Rhein. Museums in Bonn (1851) p. 138; Don. 1 p. 30 a. fig.

44. VMIN
92. VI...IOM
43. ··· AIT
37. ··· EMO
64. ANIO
CHVS
63. VIT circumscripto nomine ALPINI· SIICVNDI
91. A BIVIRAL
131. ABAIVQ
133. ··· ICE··
54. C.TIG
RAN

87.

Praetera ut scimus, haec figulorum nomina a scriptoribus memorantur in vasis, quae in ducatu Nassoico reperta sunt, neque restant.

Aquae Mattiacae.

EVCHARES Kr. in Mem. l. c. l. p, 332; St. II, 691.

CAPI
CAPIFES Hupsch Epigr. I, p. 52; St. II, 691.

VC FS Dieffenb. Urgesch. d. Wett. p. 187; St. II, 1630 (sed non extat in Museo, ut St. tradit.)

EVCARPI rep. 1818. Dor. I p. 45 c. fig.

P·B·V· F· VIATO R F rep. 1818. id. p. 37 c. fig. (Lehne legit VICTOR.)

T·T rep. c. 1785. Ritter p. 108. (Idem etiam nomen figuli Caesar citat, sed incertum est, num vas illo nomine insignitum unquam repertum sit.)

Idstein.

COMITALIS FI EVCHARES
MARINVS
rep. c. 1780.
Kraus Mem. etc. p. 331. sq.

**Ems.**

AMBATVSI

In duobus vasis ex terra sigillata, quam vocant, confectis a. 1852 rep. et ibi asservatis.

Sunt, qui antiquum illius oppiduli nomen in figuli nomine deprehendere velint.

88.

Figulorum nomina, quae leguntur partim in lucernis, partim in vasorum fragmentis, quae fere omnia Heddernhemi reperta in collectione V. C. Roemeri Francofurti ad Moen. asservantur.

| | |
|---|---|
| VIRTHVS F | PETRVLLVS FX |
| ..AVIANVS F (vel MIA.) | CIIVIIRIANVS F |
| IIRMVS FE | LIBERALIS F |
| MEDDV FE | VICTORINVS F |
| AMMIVS | IASSVS |
| FAVENTINVS | VARIV· |
| MAGIRVS | MAI·IV·L·L·VI |
| TRITVS | FORTIS |
| DIGNVS | COMVNI |
| ATIMETI | SATONS |
| L·VRSI | DIOMIII |
| G·DESSI | QIVDI |
| CVDIOF | OF BASSI |
| MACCONOF | C·TGR |
| CITISOK | ANES |
| IOC... | |

B. in Frankf. Archiv VI p. 27.

89.

In bibliotheca Gymnasii Francofurti sunt vasorum Heddernhemi repertorum fragmenta, quae haec nomina ostendunt:

| | |
|---|---|
| AMABILIS | SILVINI |
| .... ENVS | MIANVS F |
| FIAINIIS | MAIOR M |

## Inscriptiones quae in varii generis vasis leguntur.

90.

Scyphi novem in Museo asservantur; numeri sunt Inventarii.

MISCE (A. 9.) V ꟿ V ꟿ (A. 10.)

ψDISCE (A. 11.)

reperti Mogontiaci.

VIVAS (A. 19.) VINVM (A. 20.)

AVE (A. 21.) Q\SCM (A. 22.)

reperti in Castello Rom. (Kastel.)

MERVM (A. 56.)

rep. in vico Flonheim.

BIBE (A. 66.)

rep. in urbe Kreuznach.

HOC...

ΛVXI

Hoc luxi.

In fragmento figlino in hypocausto rep. et in Museo (B. 134 Invent.) asservato.

91.

Vasa in ducatu Nassoico reperta sed alibi asservata has inscriptiones ostendunt:

M·I·S·C·E

Scyphus rep. Aquis Mattiacis et in Museo Bonnensi asservatus.

Dor. 1 p. 58 c. fig.; L. L. 11, 72; Overbeck l. c. p. 138.

DTEREN PAMPHL (Decimi Terentii Pamphili.)

Vas æneum, Heddernh. rep. et in collectione Rœmeri.

Simile vas in Anglia rep. est delineatum in Arch. Journ. 1851. 29 p. 35—37; Grut. 650. 1. C. Terentius Pamphilus libertus memoratur.

B. in Frankf. Arch. VI p. 25.

CORN·CVR

Amphora grandis, Heddernh. rep. et in eadem collectione asservata.

B. l. c. p. 25.

Num Cornelii curatoris nomen intelligendum sit an VRnae modus significetur, incertum idem relinquit.

92.

*Χορολη* s. *Χορυλου*

Amphora parva fictilis Heddernh. rep. et in eadem collectione asservata.

B. in Frankf. Arch. l. c. p. 26.

Quae graeca vocabula sibi velint, eo minus dici potest, quod litterarum tractus nec in amphora satis certe expressi sunt, nec a nobis omnino omnes extricari possunt. Prior littera o, quae longiuscula et tenuata magis est, posteriori similis non est, quippe quae plane rotunda circuli parvi expleti speciem prae se ferat. Ultimae litterae duae, quae *Λ* et compendium syllabae *ου* significare videntur, insolitae formae dubiaeque

lectionis sunt. Tabella ipsa, ex qua hi litterarum graecarum tractus eminent, circumdata est capitibus seu potius faciebus compluribus Solis radiatis, quae maximam partem ita inscriptione teguntur, ut dimidia fere parte tantum conspiciantur. Ceterum urceoli duo eiusdem argillae eodemque loco reperti et apud eundem asservati adversa parte similibus Solis capitibus radiatis ornati sunt, quae vasa tria haud scio an ad Mithrae Heddernhemi magno honore habiti cultum referendi sint.

93.

VTIFELIX VIV

Uti felix vivas.

Tegula Heddernhemi reperta et ap. Roem. asservata. Supplementum subministrat tegula a. 1842 in vico Zahlbach prope Mogontiacum eruta; in qua est VTI FELIXVIVAS. Vid. L. L. in B. I. II p. 92—93; St. II, 541; Z. d. Mainz. Ver. I p. 87; ad veterum libandi, propinandi, gratulandi morem et verba solemnia FELIX, VIVAS potius quam ad christianam doctrinam referendae sunt tales inscriptiones, cf. O. Jahn in B. I. XIII p. 105 sqq.

B. l. c. p. 22.

## Inscriptiones, quae in anulis leguntur.

94.

·· AM COMPESCE PATIENTIA

Iram compesce patientia.

In anulo argenteo (C, 1) in Museo asservato.

St. II, 1628; Zell I, 1914; L. L. in B. J. VIII p. 164, qui Horat. epist. I, 2, 62 conferri iubet.

95.

QVINTVS
MARTINE

Quintus Martinae (sc. suae dat.)

In anulo aureo (C, 2), qui in Museo asservatur.

Praenomine solo Quintus ille usus est, quum amicus amicam, ut videtur, familiariter et amatorie alloquens hoc signo amoris donaret. Cf. L. L. l. c. p. 163; St. II, 1626.

96.

PVLVERI
ZHCAIC

Pulveri ζήσαις.

Haec leguntur in anuli onyche (Carneol), qui cum fibulis, acubus argenteis alioque mundo muliebri a. 1834 intra castellum Romanum prope Aquas Mattiacas in puellae, duodecim fere annos natae, sepulcro inventus, ap. Ph. Lugenbuehl, mercatorem Mattiacensem asservatur (C, 3).

St. II, 686; B. in Frankf. Arch. VI, p. 24.

1. PVLVERI ita legendum, non Tulveri, ut St.; quod quid sit difficile est interpretatu: latina certe vox est, non graeca, et fortasse patrem puellae, anuli olim possessorem (cuius nomen genetivo casu poni solet ut N. 98) indicat; simile est PVLVERI EVIOELC\ ap. Momms. J. N. 6310, 274.

2. ZHCAIC est ζήσαις, quod saepe in scyphis legitur. cf. B. J. XIIII p. 113: est Romanorum vive, vivas cf. n. 90.

97.

I

MAR

In anulo argenteo (C, 4), qui in Museo asservatur, haec leguntur, quae fortasse Martialem, figulum satis notum, indicant, quum I casu potius incisa esse videatur. A littera lineola caret transversa. Cf. L. L. B. Jahrb. VIII, p. 164; St. II, 1627.

98.

AS

CI

Asci.

Haec leguntur in anulo aeneo ad obsignandum apto, qui a. 1823 Wormatiae repertus hodie in Museo asservatur (C, 5). Cf. L. L. l. c.

99.

I·O·V·C

In anulo argenteo a. 1853 in vico Marienfels reperto et in Museo (C, 6) asservato. Quid hae litterae significent, incertum est.

100.

IAG

Haec leguntur in anulo argenteo, a. 1849 in vico Marienfels reperto, qui in Museo (C, 7) asservatur.

101.



Hoc labarum, quod vocant, est in fragmento anuli aerei ignoto loco et anno reperti, qui olim erat in collect. v. cl. Horak, hodie in Museo asservatur. (C, 8).

102.

LEGIO

CV

Legio (vicesima secunda) Cajus V....

In anulo a. 1776 Heddernhemi reperto; non restat. Huesgen verräth. Briefe I p. 33; cf. N. 78 p. 57.

### Inscriptiones, quae in pistillis et circulo leguntur.

103.

DVORVM IVLIO
RVM HERMETIS
ET SOTERICHI

Duorum Juliorum Hermetis et Soterichi.

